13
V.

CONTINUATIO

PROTOCOLLI

ANNORUM 1751---1754

23

Zebrał

Eligi Korwin Piotrowski

Prezes Sądu Głównego Wołyńskiego

w Motowidłówce.

Własność córki Stanisławy

z Piotrowskich Malinowskiej.

N. Inw. 6273

F. RHODE
INTROLIGATOR
WERRDYCZOWIE

1429.

Continuatio Pro-
tocolli Anno-
rum. 1731, 1732, 1733,
et 1734.

Zebrał
Eligi Korwin Piotrowski
Prezes Sądu Głównego Wołyńskiego
w Motowidłówce.
Własność córki Stanisławy
z Piotrowskich Malinowskiej.

ANNO

1751mo

Litera a Pre Nobili Magistratu Elbingensi ad Sacram Regiam Majestatem inhibitæ Liberæ Incisionis Lignorum in Sylva Panclau intra Limites Territorii Elbingensis sita Rescripto Regio inhibitæ die 23o Januarii 1751o Anno Elbinga Scriptæ.

Serenissime et

Supremum Sacræ Regiæ Majestatis Domini Nostri Clementissimi voluntatem in Rescripto Inhibitorio Liberæ Incisionis Lignorum in Sylva Panclau intra Limites Territorii Elbingensis Serenissimæ Aulæ Berolinensi Hypothecatii orta, et usui fructui et Jurisdictioni communiter Magistratui et Civitati plane relicta, quod haud-ita pridem ab Illustrissimis Paulo Comite à Lubraniec Dybski Capitaneo Inowladislaviensi et Eleonora Comitissa de Zelibecken Conjugibus de data Varsavia 15 Mensis Junii Anno præterito exportatum, Nobis insinuatum est, expressam, humillima quidem, quæ fidelissimos decet Subditos, devotione suscepimus: Cum vero exinde quietæ hactenus Nostræ et ab immemoriali ævo pacifice Prædii Panclau cum Agro Prati, et Sylva sua Possessioni præjudicium quoddam Nobis exoriri videatur, Officii Nostri exigit debitum ad Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ Justitiam non minus, quam Clementiam confugere, solitoq humillimæ informationis beneficio Præjudicium hoc Juribus, Privilegiis ac Decretis Regiis Possessionique Nostræ intentandum, omni qua par est diligentia avertere et præcavere. Constat enim jam tempore Crucigerorum Sylvam hanc una cum adjacentibus Villis ac Pagis ad Ordinem hunc pertinuisse, hinc Colonos earundem Villarum Censum, qui possessionem ad Dominium involvit, hic omnimodum Elbingæ, et postea usq ad occupationem a Serenissima Aula Berolinensi jugiter exolvisse. Ejecto vero hoc Crucigerorum Jugo Divus Casimirus Rex Poloniæ Anno millesimo Quadringentesimo, Quinquagesimo Septimo, ipsa die festi Sancti Bartholomæi Apostoli per Privilegium in remunerationem fidelissimorum contra Crucigeros præstitorum servitiorum Bona illa Terrestria, quibus Sylva Panclau in terminis suis pariter comprehenditur, et quæ fusius in memorato Privilegio legi possunt, Civitati huic Elbingensi assignavit, atq proprietario concessit. Accedit huic notum illud Decretum Comitiale, quod circa hujusmodi intuitu Bonorum horum Terrestrium Civitati huic motam motam Anno millesimo, Quadrigentesimo, Septuagesimo Secundo sub divo Sigismundo Augusto Polonorum Rege in ipsis Regni Comitiis ex Seriis Partium Controversiis fuit pronunciatum, quo Civitas hæc in quieta sua possessione proprietaria hujus Sylvæ, aliorumq adjacentium Bonorum ab omnibus Regni Ordinibus plenarie est confirmata atq stabilita; Hisce aliisq Juribus ac Privilegiis, quæ hic in medium proferre supervacaneum est, suo tempore et loco, ubi competierit deducentur, innixa Civitas Elbingensis Prædium hoc Panclau cum agro, Prati et Sylva, instar aliorum Bonorum omnium Civitati huic incorporatorum, tanquam suum proprietarium et hæreditarium Bonum sine ulla interruptione in hoc usq tempus possedit, et in quieta ejusdem Possessione et usu fructu per trecentos fere Annos pacifice semper permansit, donec paucis ab hinc Annis Illustrissimi Bonorum Kadynensium Possessores, quamvis ipsis haud incognitum fuerit, Prædii hujus Pertinentis et Accessorii ad Villam Lentz intra Fines Territorii et Bonorum Patrimonialium Civitatis Elbingensis ff.

consistentem, plenum Dominium et Jus proprietatis ad Civitatem Elbingensem spectare; Nihilominus id ipsum Dominium et ius proprietatis impugnando sibi argumentis licet omni fundamento destitutis tribuendo, variis modis quietam hanc Possessionem turbare ac infestare præsumpserint, quibus vero ex ingenio fictis impetitionibus uti, Civitas hæc Elbingen ex Legum Præscripto obviam eundo, de Jure contradicere, et contra Jus hac in re mihi que affectatum quam solennissime protestari studuit; Omnes interea ad hunc usq diem actus Possessorios in Prædio Panclau, eiusq sylva exercere, et Annuos agri Pratorumq huius Prædii Census, quos nunc Serenissima Aula Berolinensis percipit, levando Arbores lignaq hac in Sylva annuatim cædendo, ac in Commodum Civitatis dividendo, Sylvæ Custodem ponendo et Domum pro Habitaculo Ipsi servientem ibidem extruendo, Juribus Dominii atq proprietatis omnimode prospicere, nihilq reliqui fecit: ita etiam insitum Titulum suum, bonam fidem, et fundatissimam suam ac antiquissimam Prædii Sylvæ Panklavicnsis Possessionem in Sacra Regiæ Majestatis Vestræ Judiciis Assessorialibus, ubi Causa et Actio respectu Sylvæ huius ad Instantiam Illustrissimi Bonorum Kadyny, Schoberg, et Schaffenberg Hæredum instituta est suo tempore evidentissimis ac irrefutabilibus argumentis comprobare demonstrareq sedulo elaborabit. Cum vero Lite pendente de lege nihil innovandum, et quilibet bonæ fidei Possessor in quieta sua Possessione a nomine sine gravissima Legum Publicarum laesione turbandus, seo pro vero genuino ac legitimo tamdiu habendus sit Possessore, donec Contradicens in Petitorio demonstraverit Contrarium. Hinc Sacram Regiam Majestatem Vestram, ea qua par est subjectissima devotione imploramus, dignetur humillimæ huius Informationis Vestræ indulgentissimam habere rationem, ac Summo Regio, ut Illustrissimi Bonorum Kadynensium Possessores Processum suum respectu Sylvæ Panklavicnsis institutum in foro competenti ex Petitorio rite ac debite prosequantur, Mandato, Civitatem hanc circa legitimam Suam, ac Juribus, Privilegiis et Decretis innixam Prædii ac Sylvæ huius Possessionem, Clementissime conservare atq tueri. Omnis Nostra in eo desudabit Cura, humillima, quo immensum hoc Regiæ Clementiæ beneficium indebitis subjectissimorum Obsequiorum Charactere æternæ possimus conservare memoriæ, Qui pro longissimo Austriacissimoq Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ Imperio indefessis precibus Supremum Numen fatigabimus. Datum Elbingæ die quo supra.

Litteræ ab eodem Magistratu Elbingensi ad Illustrissimum Supremum Regni Cancellarium in eadem materia, die eadem eiusdem 1751. anno Scriptæ.

Illustrissime q.

Dum post Sacræ Regiæ Majestatis Domini Nostri Clementissimi Rescripti Inhibitorii de non excindenda Sylva Panklavicnsi ab Illustrissimis Domino Paulo Comite a Lubraniec Capitaneo Juniovladislaviensi et Domina Eleonora Comitissa de Sulicbon Coningibus, Decembris Varsaviæ decima quinta Mensis Junii Anno præterito exportati, insinuationem Nobis factam, ac licet originale concessa modo Copia iterum receptum fuerit, subjectissima devotione a Nobis susceptam, pro Clementissime Civitati huic antiquitus concesso Informationis beneficio, Munerис et obligationis Nostræ esse duximus Sacram Regiam Majestatem Dominum Nostrum Clementissimum de Juribus Civitatis circa Sylvam hanc Nobis competentibus, humillimis hisce annexis, et in Copia submisse adjectis Literis Nostris informare, insimul ad solitam Illustrissimæ Excellentissimæ Vestræ, tanquam vigilantissimi Jurium atq Privilegiorum Custodis, Propensionem confugimus, eandemq genuinam Informationem Nostram Civitati accommo-

datam, quam Sacræ Regiæ Maiestati Domino Nostro Clementissimo insinuandam Illustrissimo ac Reverendissimo Pro Cancellario Regni in occluso transmittimus, in omnem Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ devotionem, ac eo quo par est submisso Venerationis cultu rogantes, dignetur Illustrissima Excellentia Vestra Authoritate qua potest maxima Patronum Sacræ Regiæ Maiestatis Domini Nostri Clementissimi pectus eo gratiosissime disponere, quo circa legitimam Nostram Possessionem atq; unum Prædii Sylvæ Panklaviensis tam pro necessitatem Civitatis, qm sustentatione Custodis Silvæ clementissime manuteneamur, atq; conservemur. Quod Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ, afflictissimæ huic Civitati de novo exhibitum beneficium eo magis Nos instabit, ut pro Incolumitate, ac omnigena quæ exoptari possit, prosperitate Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ ad Supremum Numen fundamus preces, ac promptissimis Nostris contestemur obsequiis, quod vimus e. Elbingæ die ut supra hi alteris prioribus.

Rescriptum ad Magistratum Surasensem, ut Decretum inter famatum Chomicki et Nobiles Niwinskie Coniuges, tum famatum Jablonski in Judiciis Assessorialibus prolatum, ad executionem deducat. Die 29. Januarii 1751e ex Cancellaria Regni expedium. Augustus Tertius R.

Spectabilibus et famatis Pro Consuli, Consulibus, Totiq; Officio Consulari Oppidi Nostri Surasensis. Expositum Nobis est nomine & pro Parte famati Laurentii Chomicki Civis Surazensis, qualiter Ipse in Judiciis Nostris Assessorialibus sub actu Varsaviæ Sabbatho ante festum Sanctæ Priscæ Virginis et Martyris proximo die silicet decima Sexta Januarii Anno Domini Millesimo Septingentesimo Quadragesimo quinto Decretum Contumaciale super Nobilibus Alexandro Niwinski, et Sophia primi voti olim famati Casimiri Jablonski Civis Surazensis, Coniugibus, tum famato Nicolao Jablonski, fratre eiusdem Casimiri Jablonski in Causa et actione respectu Bonorum mobilium et immobilium post famatam Annam Chomickam in dictum famatum Laurentium Chomicki Jure Successivo devolutorum obtinuerat, Cuius quidem Decreti executio Vobis præcommissa licet fuerat, Nihilominus Vos particulari quodam favore inclinati nobilium Niwinskich Coniugum et famati Jablonski, in elusionem Justitiæ et enervationem Substantiæ suprafati exponentis nulla facta executione Contentorum præmissi Decreti supra de actu exarati, Causam ad Nos, Judiciaq; Nostra Assessorialia rursus remisistis, ex qua quidem remissione, quoniam nec Inscriptionem Causæ hucusq; in Negestum fidem Niwinskie et Jablonski procurarunt, nec pro repositione prædicti Decreti Contumacialis Literas Citationis seu Mandati pro Judiciis Nostris Assessorialibus ediderunt, ideo Supplicatum Nobis est, ne præfatus famatus Chomicki iacturam Substantiæ suæ, et ulterius damnum per protrationem profatæ Causæ patiatur. Nostra autem Decreta Judiciorum assessorialium ut debitam sortiuntur executionem, Vobis id Negotium committendum esse duximus, prout quidem committimus præsentibus Literis Nostris, districtq; precipimus, quatenus Vos memoratum Decretum supra de actu specificatum indilate absq; omnibus effugiis, tum non attentis quibus vis mandatis pro repositione præsentis Rescripti Nostri editis, dive edendis, ad executionem deducatis, Contentaq; Illius intoto exequi et terminari curetis, idq; sub pœnis gravibus contra negligentem Magistratum irremissibiliter extendendis. In Cuius rei fidem Sigillum Regni est appressum. Datum in Cancellaria Regni die ut Supra.

Rescriptum Conservationis circa exercitium Mercaturæ, Nobilium Barentow Coniugum ad Triennium a Latis Matris computando, Eiusdem Serviens Varsaviæ die 4e februarii 1751e anno emanatum. Augustus Tertius R.

Significamus R. Quod cum Nobiles Bartholomæus Barent Secretarius Notes et Magdalena de Wellanty Coniuges cum successoribus olim Nobilis Adalberti Czempinski Consulis Civitatis Nostræ Pomaniensis prælatæ vario Nobis de Wentlanty Barentowa Victrici, initiu Substantiæ Ventlatoriæ Pupilaris in mercibus Aromatariis

et forreis constitutis amicabiliter compositum, ac virtute huius modi compositionis dictis Successoribus memorati olim Nobilis Adalberti Czempinski Summam Quatuor millium, quingentorum florenorum Polonicalium unice ob bonum Pacis exolvissent; et insuper Omnis pacificationis variorum Mercatorum Creditorum praetensiones ad Summam aliquot millium ascendentes ad merces fatis olim Nobilis Adalberti Czempinski derelictas habentium, sive assumpsissent, modum vero pacificandi eosdem Creditores alium non habeant, nisi ex praefatarum derelictarum Mercium divenditione, et respective Mercaturae Continuatione, cuius expeditionem in casum fatorum consortis dicti olim Nobilis Adalberti Czempinski derelictae Viduae, Nobilis vero Magdalenae Barentowa Matris senio confectae, et sine spere convalescentiae in lecto aegritudinis ad praesens decumbentis, tam a Nobili Magistratu, quam a Mercatoribus Posnaniensibus sibi inferendam metuant; Propterea humillime Supplicarunt Nobis, ut Ipsos in Protectionem Nostram Regiam assumeremus, exercitiumq et Continuationem Mercaturae, et respective divenditionem Mercium fatis expedicti olim Nobilis Adalberti Czempinski derelictarum in Aromatibus, Serico, sive alia quavis specie consistentium post vero ventura cuppradictae Viduae fata faciendam Ipsis permitteremus; Cui Supplicationi tanquam iustae benigne annuentes de speciali Gratia et suprema Potestate Nostra Regia Eisdem Nobilibus Bartholomeo Barent Secretario Nostro et Magdalenae de Wellanty Coniugibus liberum exercitium et continuationem huius modi Mercaturae ad integrum Triennium ab imminentibus Viduae Matris Eorum fatis computandum, caeteris nihilominus datis onibus et pensionibus pro eadem Mercatura exercenda consuetis, cui de Jure competierit, praestandis et ad dictum tempus praefixum solvendis permisimus, permittimusq praesentibus literis Nostris. Quod Omnibq quorum interest praesertim vero Nobili et Spectabili Magistratui et Confraternitati Mercatorum Posnaniensium ad Nostram deducendo, mandamus, ut saepe fatos Nobiles Bartholomeum Barent Serium Nostrum et Magdalenam Coniugs, circa praesens Concessionem et praemissionem, literasq Nostras praesens, conservent et manuteneant, ne ullo praetextu in hoc Mercaturae sive divenditionis mercium ut praemissum est exercitiis Ipsos interturbent, sub Poenis in Violatores Privilegiorum Nostrorum sanctis. Inquorum fidem praesentem Sigillum Regni est. Die ut Supra.

Rescriptum ad Generosos Vice Capitaneum Varsaviensem, et Officium Marschalcale Regni, tum Nobilem et Spectabilem Magistratum Varsaviensem pro Nobili Plendus Intuitu braxationis Cerevisiae Viduae die 8va Februarii 1751. expedítum. Augustus Tertius.

Generosis Theodoro Szydłowski Vice Capitaneo et Judici Castrensi Varsaviensi, tum officio Marschalcali Sri nec non Nobili et Spectabili Magistratui Antiquae et Novae Varsaviae fidelibus Nobis Dilectis Gratiam Nostram Regiam Generosi Nobiles et Spectabiles fidelibus Nobis Dilecti: Expositum Nobis est per certos Consiliarios Nostros, Lateri Nostro assidentes in et pro Parte Nobilis Faustini Plendus in locum Generosi Notarii Camerae Salinariae Nostrae Solecensis ad Varsaviam substituti, actualis servitoris Nostri, qualiter Ipse pro necessitate et emolumento sui braxans Cerevisiam, et Proventum Ducillarem ab eadem braxatione Sui Cerevisiae ad Cameram Ducillarem Solidariam Terrae Varsaviensis importans, respectu subalternae Cuiusdam Pensionis ad Contubernium Braxatorum Antiquae et Novae Varsaviae pendendae praeindicialiter impetitur q Processu vexatur. Quare Nos habentes rationem Obsequiorum eius, tam olim Serenissimo Parenti Nostro, quam et Nobis indefesso Studio praestitorum, eundem Nobilem Plendus, uti actualem servitorem Nostrum, á quavis praedicti Contuberii Braxatorum praetensa solvenda pensione, ac omni ex parte impetitione, tum quoq, á quavis Jurisdictione S. mi Nostra Judiciorum Assessorialium; et Magnificorum Marschal-ff

corum Regni & Magni Ducatus Lithuaniæ super Ipso manente / liberum et exemptum de plenitudine Potestatis Nostræ esse volumus inimgentes fidelitatibus Vestris, ut Eundem Nobilem Rendus, actualem Servitorem Nostrum, a præfato Contubernio Braxatorum pretenso vexari, in braxatione Cerevisiæ, et divenditione eius impediri, atq; ad aliquam Solutionem Pensionis, a dicto Contubernio Braxatorum pretensæ, adigi, Nostro permittant. Expressam hanc Nostram Voluntatem fidelitates Vestræ ad impletur& pro Gratia Nostra, officiorumq; suorum debito&.

Inscriptum Parte Successorum Coultorianorum, ad Venerabiles et Circumspectos Commissarios, ut Decretum Assessoriale ad Executionem deducant. ex Cancellaria Regni Die 1ª Februarii 1751. expeditum. Augustus Tertius &.

Intercesserat antea Decretum in Judiciis Nostris Assessorialibus inter Nobilem Franciscam primi olim famati Petro Coulto Civis Mercatoris Varsaviensis, secundi Voti Nobilis Petri Joannis Strzemikowski Philosophiæ et Medicinæ Doctoris cum Assistentia eiusdem Mariti sui, uno & Liberorum Suorum Minorennium Nomine agentem ad una; atq; Nobiles et Spectabiles Pro Consulem Consules totumq; Magistratum et Communitatem Civitatis Antiquæ Varsaviæ, sub actu Varsaviæ Sabbatho pridie Dominicæ Quinquagesimæ Die videlicet decima Mensis februarii Anno Domini Millesimo Septingentesimo Vigesimo quinto respectu certæ Summæ pro Curatione Infirmorum et Medicamentis, Variis Personis tempore Pestis nimis et altercius Anni Varsaviæ grassantis de Mandato cujuscripti Magistratus Varsaviensis, applicatis, famato olim Petro Coulto debitæ; quo mediante Commissio et Calculatio inter præfatas Partes ad inventa et demandata fuerat, ad quam expediendam Commissarii certi deputati fuerabt. Quod quidem Decretum ob fata non nullorum Commissariorum Nostrorum in hucusq; omnum non est ortitum effectum. Qua propter supplicatum Nobis est Nomine et pro Parte Successorum Coultorianorum, quatenus in locum fatis decessorum fidelitates Vestras assignaremus et deputaremus, prout quidem præsentibus Literis Nostris assignamus et Deputamus, ac fidelitatibus Vestris præsens Negotium committimus, ut arisatis triduo ante Terminum Partibus, ad locum Libérie rimum Varsaviæ fidelitates Vestræ condescendant, ibidemq; Juris Dictione Sua Commissoriali, absentia non nullorum, modo duo adsint, non dilante, fundata, acclamatisq; ad Præsentiam sui Partibus, de Summis præfatis, per Successores Coultorianos prætensis, utrum illas Magistratus Eisdem Successoribus solvere teneatur, et quantum iam ad rationem earum Solvent, et utrum Civitati etiam olim famatus Coulto, Successoresq; eius aliquid debeant ex assignationibus, quietationibus, Regestris, aliisq; Literatoriis documentis, et ex Testibus fide dignis, si illis opus fuerit, Juramento Corporali depositiones suas comprobaturis inquirant, indagent, et calculent, Omniq; Partium prætentiones pro Jure & Justitia cognoscant, dijudicent, decidant, et moderent, vel si Partes complanare poterint, complanent, appellatione a sola definitiva Sententia Parti gravatam se sentienti, ad Nos Judiciaq; Nostra salva manente, actum Commissionis in apperto, Inquisitiones vero, si quæ eductæ fuerint, in occluso Rotulo Partibus extradant, Contentaq; Decreti Nostri supra de actis expressi in toto exequantur; Factura sunt promissa fidelitates Vestræ pro Gratia Nostra et officiorum suorum debito. In quorum fidem præsentibus, Sigillum Regni est appressum. Datum ut supra.

Literæ a Magistratu Thorunensi ad Illustrissimum Supremum Regni Cancellarium respectu Summæ prætensæ duorum Millium florenorum Prutheni calium per Religiosum P. Brugman Ordinis Sancti Bernardi Thorunio die 19. februarii 1751. anno Scriptæ.

Illustrissime &.

Siquidem Illustrissima Excellentia Vestra in his

toris die 12e Mensis et Anni currentis ad Nos exaratis gratiosissime requisivit, ut Candem-
ratione pretensionis Religiosi Patris Brugmann ordinis Sancti Bernardi, quam ad Sum-
mam ducorum millium florenorum Rutthenicalium format, penitius informaremus, hinc non
possumus, quin nulli Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ obsequentes paucissimis insinuemus:
Anno 1732. Franciscum Brugmann Indigenam quondam Nostrum, Supremum suum
diem obiisse, antea vero in Testamento quod Condiderat disposuisse, ut a Summa floreno-
rum Rutthenicalium Mille ducentorum ædibus Cuttkianis inscripta dimidia pars, bijs qui-
bus dum Corporibus huius loci, altera vero Francisco Antonio Brugmann Suo ex fratre Ne-
poti cederet, ita ut prædictus Religiosus Pater Brugmann, qui sine dubio prænomen illud
Francisci Antonii gerit non ducum millium, sed tantum Sexcentorum florenorum Ruthe-
nicalium prætensionem ad dictas ædes Cuttkianas habeat. Quod vero ex Summa ædibus il-
lis inscripta, nec in pia Corpora, nec in Religiosum Patrem Brugmann ullus hucusq redunda-
verit fructus, vera Causa et Summa illa, in qua etiam obiit, primitivi Debitoris famati nem-
pe Cuttkie Civis Pistoris huius loci Paupertas, tum ipsarum ædium totalis ruina, plus im-
pendijs quotannis, quam ex annua mercede habitationum redigi potest. Quibus ita Compara-
tis, nullum aliud medium vindicandæ inscriptæ Summæ super esse videtur, qm utilibæ
ædes Cuttkianæ plus hiatanti vendantur, pretiumq inde reductum, inter pia Corpora et præ-
dictum Religiosum Patrem, cum pari Jure aliq pro æquali Summa Creditores pro ratha divi-
datur. Quod Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ observantissimæ insinuantes, de reliquo post
enixissimam Jurium Privilegiorumq Nostrorum Commendationem, ardentissime preca-
mur, ut Summum Numen, Illustrissimam Excellentiam Vestram in Solatium Nostrum
quam diutissime supitet, omniq beatitudine efflorescere iubeat, de voto pectore et cultu manen-
tes, Thorunii die ut supra.

Litteræ ibidem a Magistratu Thorunensi ad Eundem Illustrissimum Supremum Regni Cancellarium in Negotio Generosi Morawski Plenipotentis Zeydleriviani die 20e Februarii 1751. Anno Thorunio scripte.

Illustrissime &.

Litteras Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ pro Generoso Morawski Zeydleriano Plenipoten-
te Instantiales die 7 Mensis et anni currentis gratiosissime ad Nos exaratas, pro fundo Be-
nevolentiæ Cultu, solitaq alacritate Nutibus Eiusdem obsequendi recepimus; Enim vero cum
Generosus nullum fundamentum petendi dederit, nec ut verum dicamus ipse sciat, quid petitum
venerit, contra quem actionem instituere velit, hinc Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ Ipsa conii-
ciet, Nos ad Generalia eaq nuda asserta, idq in Causa per se incerta et Vetustate Octuaginta fere
Annorum, ut ex assertis eius conijcimus, obliterata, nec Consilium, nec opem ferre potuisse. Li-
cet enim idem Informationis Nostræ gratia certas quasdam Protestationes, specialem unam
a quodam Zeydler anno Millesimo Sexcentesimo Octuagesimo Sexto ad Acta Novæ Civita-
tis Varsaviæ porrectam produxerit, nil tamen certi inde colligi potuit, nisi quod eadem Prote-
stationes Crassissimam Calumniam contineant, ac si Antecessores Nostri in Magistratu, Zey-
dlerianam quandam hæreditatem odio Catholicorum Hæredum fisco Civitatis addixissent, pla-
ni contra omnem veri similitudinem, ipsamq Civitatis huius internam Constitutionem, secun-
dum quam nihil fisco addici potest, ubi Hæredes adfuerint, ad hæc, Causæ hæreditatem concer-
nentes, nequa quam ad Magistratum pertinent, cum Majorennium Successorum curam Judi-
cium Scabinale, in Cuius Jurisdictione hæreditas sita est, gerat, Minorennibus vero Hæredibus
officium Pupilare prospiciat. Quibus ita comparatis necessum est, ut memoratus Genero-
sus Morawski ante omnia Ipsorius hæreditatis, si quæ unquam fuit, Naturam, et ubinam
locorum hæreat, penitius exutiat, eaq compertæ, contra quem de Jure competat, actionem ff.

.initiuat, demumq; sibi persuadeat, se, ubi certius quid attulerit, atq; Causa in tractu ad Nos devoluta fuerit, omnem facilitatem in venturum. Quibus quod de cet Generationis Cultu expressis, de reliquo post subnexam observantium Eurium Privilegiorumq; Nostrorum Commendationem Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ inconcussam Valetudinem omniaq; prosperrima ardentissimè apprecamur devoto pectore manentes Thorunii die ut Supra:

Litera a Magnificis Supremis Ducatuum Curlandiæ et Semigalliæ Consiliariis ad Sacram Regiam Majestatem in Negotio usurpaturum functionum per Generosos ab Heuchling et Torril Subjudicem Mitaviæ die 6e Februarii 1751o Scripta.

Serenissime Rex &.

Quamvis Sacra Regia Majestas Vestra mediante Summo Suo Rescripto et Mandato de dato Varsaviæ die decima octava Mensis Julii Anni proxime elapsi ad omnes et Singulos horum Ducatuum Districtus pro publicatione eiusdem transmisso, Unionis sive Confœderationis sub tempus Comitiorum Anteriorum in his Ducatibus Anno Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Nono Nomine et Authoritate Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ Celebratorum, attentæ ac ex post sub Marschalcatu Generosi Wilhelmi Alexandri ab Heuchling ab ad hærentibus Unionis Sociis ratificatæ ac authorisatæ Conamina, inconsvetisque Consiliariis Supremis et abnuentibus Districtuum Deputatis numero non exiguo suscepta et paracta, in qua his electionem Generosi Wilhelmi Alexandri Magni Torik Subjudicis Tuckumensis quasi in Plenipotentem Universi Generosi Ordinis Equestris, et præenominati Generosi Heuchling, in Delegatum horum Ducatuum, constituerit et abrogarit, quamvis etiam Sacra Regia Majestas Vestra Eundem ab Heuchling ad audientiam Clementissimam non tanquam Delegatum, sed uti privatum Duntaxat Nobilem horum Ducatuum Indigenam admiserit, attamen et Generosus ab Heuchling sub prætenso Nomine Delegati Ordinis Equestris Generosum subjudicem Torik ac si Plenipotentem Ordinis Equestris compellavit, ut Nobilitatem ad fraternam Conferentiam, pro audienda sua Relatione convocarit, et præfatus Subjudex Torik sub, ex puncto ac abrogato tenore præallegati Rescripti Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ, auspicio Plenipotentis, diem Vigesimam quintam huius Mensis Februarii, pro fraterna Conferentia et die procedendi hic Mitaviæ Ordini Equestri indixit; Inde autem Intentio Eorum elucet, Characteres istos et functiones quasi eorum vindicatas sine intermissione usurpandi vel in alias etiam sibi bene visas Personas Consiliorum et Ausuum Suorum Compartiçipes transferendi, et quavis sibi opportuna apparenti occasione ignaris et inconsultis Consiliariis Supremis contra formulam Regiminis Conventus agitare, dissensiones et turbas quascunq; fovere, sic autem de statu et salute horum Ducatuum pro suo beneplacito disponere valeant. Cum vero exinde quam plurima Patriæ huic mala propullulare, et in Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ Domini Nostri Clementissimi ac Reipublicæ Suprem orum Jurium diminutionem et detrimentum vergere possint; Ideo Sacram Regiam Majestatem Vestram subjectissimis imploramus precibus, ut cuiusce modi molimina cum extremo periculo conjuncta reprimere et abolere, cum reliquis Legibus fundamentalibus formulam Regiminis in sua vigore conservare, iisdem contraria pro nullis ac irritis Declarare, et ne Similia in posterum eveniant, severissima sua Inhibitione et animadversione præcavere Clementissime dignetur. Hoc unicum præsentissimum est remedium, imminentes alias turbines et procellas evitandi, dum absq; hoc velut a Custodia Salutis et Legum exclusi, occurrendo in tempore motibus adversis impares sumus, sita autem Severissima Sacræ Regiæ Majestatis Domini Nostri Clementissimi Inhibitione et præcautione præmuniti, quem admodum reliqua Omnia Administrationis Ducatuum Munia Nobis commissa sunt, ita ex Sola facultate indicendi comitia Ordinaria, vel Conventus extraordinarios et Conferentias per formulam

ff.

Regiminis et decisiones Commissoriales de Annis Millesimo Sexcentesimo quadragesimo Secundo, et Millesimo Septingentesimo Decimo Septimo pollentes, novarum rerum Studio et periculo inde ingruentia, Malum à primordio prævidere et antevertere potuimus, vel Sacram Regiam Majestatem de iis certiorem reddemus. Generosa autem Nobilitas, quod si ex eorum opinione gravaminibus Publicis medela sufficiens allata non fuerit, recursum ad Sacram Regiam Majestatem Vestram ex ipsis Comitiis immediate absq; omni alio Circuitu et Conventu, per quosdam Deputatorum Suorum ad Comitia, vel alium in iisdem electum Delegatum e medio Sui capiendi ex Clementissima Concessione in præfacto Rescripto Sacræ Regiæ Majestatis contenta, copiam habebit. Sic Sacra Regia Majestas bonum Ordinem in Suis Ducatibus restituet, Legibus Cardinalibus perpetuum Vigorem conservabit, et jam jam facto Rescripto Suo et Mandato Clementissimo roborabitur ad det. Esti Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ Summæ Clementiæ et Justitiæ confisi in ora prom et poplite flexo, devotissimæ Generationis Cultum contestamur. Serenissime et Potentissime Rex Rex a Domine Clementissime Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ Subjectissimi fidelissimi. Christophorus Friderieus a Sacken Landhoffmeisterus. Hermannus Christophorus Finck de finckenstein Cancellarius. Otto Christophorus ab Horren Oberburgrabius Henricus Christianus ab Offenberg Land Marschalcus.

Literæ ab Iisdem ad Illustrissimum Supremum Regni Cancellarium in eadem Materia Die et Anno iisdem scriptæ.

Illustrissime &.

Summo Sacræ Regiæ Majestatis Rescripto et Mandato de actis Varsaviæ die 18. Mensis Julii Anni proxime finiti 1750 ad omnes et singulos horum Ducatuum Districtus pro Publicatione transmisso, et Candidis ac gratiosis præmonitionibus Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ ut Auctoris Unionis sive Confœderationis sub tempus Comitiorum Anteriorum juxta Formulam Regiminis Anno 1749. sub Nomine et Authoritate Sacræ Regiæ Majestatis celebratorum attentatæ, ac ex post suo Marschalcatu Generosi Wilhelmi Alexandri ab Heucking ratificatæ et Authorisatæ, quippe Cujus conamina et Conatus Sacra Regia Majestas pro insubsistentibus irritis et Ilatum ac ordinem evertentibus declararet, ac quæcunq; in Comitiis Nobis suscepta et peracta essent, tolleret et abrogaret, ab ulterioribus Dissentionibus et assertis Unionibus atq; conventiculis et Concialibulis abstinerent, Generosi Eidem prænominatis ab Heucking et Wilhelmus Alexander Magnus Torck Subjudex Juxcumensis debitum obsequium præstare indesinenter recusant: si quidem non attenta imo spreta ista Regia Cassatione et abrogatione Omnium ab Unitis illis susceptorum et peractorum, hinc et electionis Generosi Subjudicis Torck quasi in Plenipotentem Universi Ordinis Equestris horum Ducatuum, et Generosi ab Heucking in Delegatum ad Thronum Regium, imo etiam præfracte contraveniendo Summæ Voluntati Sacræ Regiæ Majestatis Domini Nostri Clementissimi, quæ ipsum ab Heucking nuperrime ad Audientiam Clementissimam non tanquam Delegatum Ordinis Equestris, ut ista qualitate coram Majestate compararet, et a Throno ejusdem redux abiret, sed uti privatum duntaxat Nobilem horum Ducatuum Indigenam, qui in rei veritate erat, admiserat, et Generosus ab Heucking retento pertinaciter Nomine Delegati Ordinis Equestris per Literas Suas de data 12. proxime præterlapsi Mensis Januarii Anni capti, huic Annexas Generosum Subjudicem Torck ac si Plenipotentem Ordinis Equestris, compellavit, ut Nobilitatem sine nomini temporis dispendio ad fraternam Conferentiam pro audienda Relatione sua Convocaret, alter Subjudex Torck autem indicio Literarum Suarum de data 14. ejusdem Mensis ibidem annexarum, diem 25. hujus Mensis Februarii pro fraterna Conferentia et die procedendi hic Mitaviæ Ordini Equestri sub expuncto ac abrogato vigore præallegati Rescripti Sacræ Regiæ Majestatis, auspicio Plenipotentis Ejusdem indixit. Exinde vero eorum finalis intentio manifesto elucet, Characteres vitos et arrogatas sibi eorum functiones constanter usurpandi vel etiam in alias etiam sibi bene visas Personas Consiliorum Suorum compartecipis transfuendi

et quavis sibi blandienti occasione Conventus publicos ignaris et in consultis Consiliariis Supremis contra formulam Regiminis agere, turbas et dissensiones formare, novis rebus occasionem suppeditare, incommodo de Statu et Salute horum Ducatuum pro Arbitrio suo disponere valeant. Id quod quanta huic Patriæ mala accersere, quæ etiam Supremorum Jurium Sacræ Regiæ Maiestatis et Reipublicæ diminutio et labefactatio cum multis aliis incommodis hac ratione enasci possit non verbis exagerare Nobis est opus, cum perspicacissimum Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ Judicium hæc sponte sua assequatur; Quam obrem non dubitamus, quando Conscientia et Juramentorum nexus, ut loquamur exigunt, promissa Illustrissimæ Vestræ Excellentiæ pro impetranda eiusdem efficacissima apud Sacram Regiam Maiestatem intercessione humillime repræsentamus, ut Sacra Regia Maiestas, quam adiacenti libello supplici subjectissime denuper implorarimus eiusmodi temeraria Dominia cum extremo discrimine coniuncta reprimere et abolere, cum reliquis Legibus fundamentalibus formulam Regiminis in suo vigore conservare, iisdemq; ut contraria omni effectu destituantur, et ne similia eveniant, severissima sua inhibitione et animadversione præcavere Clementissime dignetur. Isto remedio præsentissima pericula depulsum iri confidimus, et cum debito Venerationis Cultu nunquam non futuri sumus.
Illustrissimæ atq; Excellentissimæ Domine Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ Humillimi Obedientissimi Servitores. Eidem qui supra in literis Regiis.

Literæ itidem ab
Isdem ad Sacram Regiam Maiestatem, quibus implorant, ut Sacram Regiam Maiestatem Cameralem Ducalem ab evolutione supplementi in Salarium Generosi Friderici Mirbach Capitanei Candavien: si per Rescriptum concessi Clementissi relevare dignetur Die et Anno ut supra. Mitavia scriptæ.

Seremissime &.

Summum Sacræ Regiæ Maiestatis Vestræ Rescriptum et Mandatum pro Generoso Friderico a Mirbach Capitaneo Candavienci de data et actu Varsaviæ die 22. Augusti Anni proxime præteriti per intermediam Personam Nobis die 11. Januarii Anni incepti insinuatum profundissimo respectu excepimus, quo mediante Nobis iniungitur, ut quoniam præfatus Capitaneus, absumpta dimedietate Emolumentorum pro parte Salarii Capitaneatui assignatorum per hucem postliminem nec illa quadam Commodis Capitaneorum inservienti reliqua, Arce similiter Candavienci destructa, qua propter proprio ære domum pro Judiciis habendis, Actisq; Custodiendis conducere teneatur computando omnia emolumenta et reditus pro Salario assignato vix Summam Trecentorum Thalerorum Albertinorum percipiat, insuper autem eo sumptu Secretarium ad Scribendum Protocollum alunde accersere, Assessores Judiciorum eum sustentare, varia itinera suscipere, et Commissionibus defungi necesse habeat, id circo ultra superius dictos trecentos Thaleros alios Quingentos ad hunc Albertinos Ipsi præfato Capitaneo Candavienci tanquam augmentum Ordinarii sui Salarii ad Personam Ipsius restrictum a Camera Ducali annuatim et adæquate persolvi curaremus. Nunc debita fide et Attentione omnes ac singulos Proventus Cameræ Ducali relictos, dum duvante moderno Sequestro quam plurimarum Præfecturarum Ducalium fructus sextuplo maiores Cameræ reditibus aliorum devenirunt, examinavimus, quatenus Sacræ Regiæ Maiestatis Vestræ Domini Nostri Clementissimi mandato humillimum Obsequium præstare, et augmentum Salarii pro Generoso Capitaneo Candavienci a Camera Ducali exuere possemus. Porro eundem in finem Calculus a Nobis initus est quanta Summa in evolutionem Salariorum Dignitariis et Officialibus debitorum quot Annis evogarda sit, quantos Sumptus extructio et reparatio Templorum et habitationum Parochialium et aliorum inferioris Ordinis Ministrorum &

11.

Ecclesiarum ædificiorumq̃ in ipsis Præfecturis Ducalibus et earum pertinentiis, nec non pensiones Inspectorum Forestalium ac Custodum Sylvarum, imo et Sustentatio Commissariorum pro dirimendis Controversiis Limitum inter Prædia Nobilium et Præfecturas Ducales non solum illas paucas quæ Nostræ Dispositioni remanserunt, sed et illas, quæ Segvestro innodatæ sunt, quibus Omnibus Camera Ducalis oneratur, insuper exædificatio Ecclesiæ Catholicæ Libaviensis et ædium pro Parocho ac Sumptus in Conservationem Jurium Ducalium et Processus coram Judiciis Relationum Sacræ Regiæ Majestatis pendentes erogandi regerirant, quod denique millia Thalerorum Generoso Camerario Sacræ Regiæ Majestatis et Possessori Præfecturæ Rutzau de Mirbach præter varios alios Domûs Ducalis Creditores tenore anteriorum Mandatorum Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ Domini Nostri Clementissimi adhuc exsolvenda sint. Ex isto autem Calculo Nobis infrascriptis et Generoso Oberburgrabio et Consiliario Supremo ab Howen e Medio Nostri Assimi Generosi Capitanei Candaviensis, qui in toto hoc remonstrationis Negotio plenarie Nobis assentitur, patuit Cameram Ducalem ad innatas redditam et infallibiliter subsecuturum esse, ut cum imposito Segvestrum quotannis aliquot millia Thalerorum, quæ Proventus Cameræ Ducalis annuos exsuperant, enumerata sint, mihi Summi Numinis et Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ Providentia et Cura hi Ducatus integritati suæ restituentur, omnesq̃ Præfecturarum Ducalium Proventus ad Cameram Ducalem redibunt, ex ea ratione, quia supprare censitæ expensæ Necessariæ Summam reditum modernorum Cameræ Ducalis ad aliquot millia et maius etiam quantum ob infrequentiam Commerciorum et diminutionem pretii frugum ex paucis Præfecturis penes Nos et Cameram Ducalem residuis transcedunt, neq̃ debita antiqua Salaria Dignitariorum et officialium enumerari, nec Justitiæ administratio continuari possint, imo integro Statui interitus immineat; ex quo ipso impossibilitas Generoso Capitaneo Candaviensi Auctuarium dictis Salariis suppeditandi apparet. Indicat quidem Ipse Generosus Capitaneus in memoriali Suo juxta Mandatum Sacræ Regiæ Majestatis per intermediam Personam Nobis porrecto a parte ex pari ratione prout ex Clementia Sacræ Regiæ Majestatis quam subjectissima Gratiarum actione in perpetuum recolemus: / Nos adauctis Nostris Salariis per biennium fruamur, ita et sibi augmentum sui Salarii à Camera Ducali stricte et præcise exhibendum esse, adversus, quod si id obtus foret, et huc pertineret, probatum dare possemus, quam insignis differentia inter munia, labores sollicitudines et expensas inevitabiles Consiliariorum Supremorum, ac occupationes et Sumptus Capitaneorum intercedat, et utriusq̃ comparatio maxime sit in adæquate, ex adverso quod cum Consiliarii legentes ante decisa Commissorialia de Anno 1718. solum modo per quatuor Septimanas annuatim bis in Judiciis Aulicis ex Formula Regiminis interesse, et iis finitis tantum per vices ad expediendas libellorum Supplicum Mitaviæ brevi temporis spatio commorari teneretur, jam vigore eorundem decisorum iis incumbat per Octo Septimanas quavis Cadentia Aulica Judicia celebrare, absente Principe, administrationi rei Ipsius æconomicæ providere, et Jura Ducalia sarta et tecta servare, ideoq̃ Ipsi obligati sunt fermè integris Annorum Spatiis Mitaviæ versari, sibiq̃ ad habitationem continuam ædes proprio ære comparare, Gibaria Nummis præsentibus coëmere, famulos et equos alere, propriam autem rem familiarem in Prædiis suis negligere. Quibus Considerationibus adducti, et beatæ memoriæ Illustrissimi et Celsissimi Domini Ducis, prout etiam modernus Illustrissimus Dux Ernestus Joannes, imo Celsissimi Commissarii Sacræ Regiæ Majestatis et Reipublicæ Ipsis de amplieri et sufficienti Salario prospicere intenderunt, et apprimis erunt, e contrario autem Capitanei per Annum semel, ad summum bis judicandi officio aliquot per dies defungantur, quia non nisi Causæ Criminales Contra Subditos paucarum Præfecturarum Ducalium in suis Capitaneatibus et extraditionis Cruethonum, ex iis ad Prædia Nobilium suos vindicantium, ad Ipsorum Jurisdictionem spectant, hinc̃ exiguum Assessorum Suorum Numerum pro Arbitrio definire possunt, et inde modicos admodum sumptus erogare necesse habent ff.

quando quidem in commissionibus limitum vel aliorum Negotiorum respectu, ab Ipsis expediendis condigna his sustentatio, Famulitio Ipsorum Victus, et equis pabulum præbetur, Eorum lubentes istis allegationibus supersedemus, dum sola ratio indigentiæ Cameræ Ducalis, et inopiæ omnium subsidiorum, unde supplementum Salarii pro Generoso Capitaneo Candavien si errandi posset, manus Nostras arctius ligat, quam ut Desideriis Eius subvenire queamus. Proinde Sacram Regiam Majestatem Vestram Dominum Nostrum Clementissimum subjectissimis precibus Nostris implorabimus, ut Cameram Ducalem ex Solutione supplementi in Salarium Ipsius Capitanei Candavien sis relevare Clementissime dignetur, vic anteriora Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ Rescripta et Mandata in Suo vigore permanebunt, nec Justitiæ Ipsius administratio perpetua in extricabilibus Difficultatibus subjiciatur, ipsaq̃ satis iam afflictæ Ducatuum res a multis angustiis liberabuntur. Ipsa Necessitas legem omnem vincens hoc subjectissimum petitum Nobis extorquet, qui alias Religiosissimis Obsequiis et fidei immotæ immorituri sumus. Serenissime et Potentissime Rex Rex ac Domine Clementissime Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ subjectissimi fidelissimi. Christophorus Fridericus a Sacken Landhofmeister. H. C. Finck de Finckenstein Cancellarius. Henricus Christianus ab Offenberg Land Marschalcus.

Litteræ ab Iisdem ad Illustrissimum Supremum Regni Cancellarium in eadem Materia Die et Anno eodem Mitavia scriptæ.

Illustrissimæ. &

Illustrissimæ Vestræ Excellentiæ ea annexo Libello supplici gratissime perspicere haud molestum erit, quam eniza voluntate Studuerimus Summo Sacræ Regiæ Majestatis Domini Nostri Clementissimi Rescripto et Mandato de data Varsaviæ Die 22. Mensis Augusti Anni proxime elapsi 1850. die Undecima Mensis Januarii Anni Capti Nobis porrecto pro exolutione Concessi Generoso Friderico a Mirbach Capitaneo Candavien si supplementi Annui Quingentorum Thalerorum Albertinorum in Salarium istius Capitaneatus Ordinarium debitum subjectissimum præstare Obsequiam, quanta autem Necessitas erogationum partim secundum antecedanea Sacræ Regiæ Majestatis Rescripta et Mandata factarum et porro instantium, partim ad sustinendas Regiminis expensas, sumptusq̃ Processuum pro Jurium Ducalium defensione coram Judiciis Relationum Sacræ Regiæ Majestatis propriarum pendentium suppeditandos indispensabiliter subeundarum, et e contrario exilitas proventuum ad Cameram Ducalem pro Moderno rerum Statu redeuntium, dum durante Sequestro quam plurimarum Præfecturarum Ducalium reditus sextuplo maiores proventibus Cameræ Ducalis aliorsum extra Ducatus dimanant, quamvis aliam et hanc Supplementi in Salarium Generosi Capitanei Candavien sis, prestationem impossibilem reddat. Cum vero impossibilia nullo modo ad effectum deduci queant, hinc Illustrissimam Excellentiam Vestram, pro ista pietate Sacram Regiam Majestatem Dominum Nostrum Clementissimum intercessione humillime obsecramus, ut Ipsa Cameram Ducalem ab exolutione præfati supplementi relevare Clementissime dignetur. Porro etiam Observantia Legum Patriæ Nos adigit, ut Illustrissimæ Vestræ Excellentiæ humillime referamus, quatenus Representatio Sacræ Regiæ Majestatis Ministerii Excellentissimo Ministro Aulæ Imperialis Aulicæ contra Judæorum Infidelium a Generoso Camerario et Plenipotente eiusdem Aulæ attentatam hactenus Protectionem et Receptacalam in ædibus manufacturarum, imo extructionem Synagogæ pro Ipsorum Ceremoniis omni hactenus effectu destituta sit, dum complures Judæi non solum fere quotidie ab eo recipiuntur et protegantur, vel et in ista Synagoga, quæ sub tubarum et tympanorum sonitu initiata est, Judæi Sunm Cultum exercent. Casus cum non nisi periculosissimas consequentias parere possit, querimonias Nostras humillime reiteramus, obsecrando, ut isti Legum transgressioni ex Clementissima Voluntate et arbitrio Sacræ Regiæ Majestatis remedia sufficientia adhibeantur. Summa Illustrissimæ Vestræ Excellentiæ a quam mitibus hanc Nobis gratissimam opem polliceatur

Ad vicissim perenni Venerationis Cultu devincti ad aramus[que] permanemus. Illustrissime atq; Excellentissime Domine Supreme Regni Cancellarie Domine Gratiosissime. Illustrissimæ Vestræ Excellentiæ Humillimi Obedientissimi Servitores iidem qui supra in literis Regiis.

Litera à Præ Nobili Magistratu Gedanensi ad Sacram Regiam Majestatem in Negotio Textorum Linteorum et Sedentium Suburbanorum Die 12. Februarii 1757. Gedani Scripta.

Serenissime &.

Tria sunt, quorum Confirmationem ex Cancellaria Regni majore Nobis per Notarium Regium, die decima tertia Januarii Contubernium Textorum Linteonum et trilicium exhibuit: Conventio Anno 1653. cum textoribus Linteonibus ex Belgio advectis et extra Civitatem habitantibus, a Magistratu approbata, qua præter alia, quinquaginta tantum ex his textoribus linteum texere permittitur: Magistratus edictum eiusdem Anni ne Cives apud alios in Suburbiis textores, quam hos quinquaginta linteum conficiurent; deniq; Ordinatio per Seniores Contubernii Comperita, ac è divæ memoriæ Rege Joanne IIIto Anno 1678. confirmata. Accipimus horum scriptorum tum primam tum iteratam Confirmationem Regiam, qua decet reverentia et submissione, salva, qua usi sumus, perpetuo humillima informandi facultate, si quid in iis vel Nostris Civitatisq; Juribus vel civium Commodis adversaretur. Conventionem inter Textorum Contubernium et Textores extra Civitatem non Contubernales, qua horum textorum saltem quinquaginta liberas texendi linteum datur. Magistratum olim ideo ratam habuit, ut contubernio faveret, illiq; majorem victus parandi copiam faceret, si numerus non Contubernalium tam anguste circumscriberetur sperans fore, ut etiam ille Numerus sensim minuatur, aut plane tollatur, si textores Contubernales in Civitate eiusmodi linteum confecturi quale soli non Contubernales in Suburbiis conficerent. Quare in Conventione illa Magistratui servatur potestas, aucto Contubernalium Numero, robusq; ita constitutis, ut in Civitate tantum linteo elaborari queat, quantum Civibus sufficiat, Numerum non Contubernalium extra Civitatem minuendi, et in eorum locum qui vita functi, non alios sufficiendi Conventionem memoratam Magistratus edictum secutum est, in quo dum permittit Civibus, textoribus quinquaginta non Contubernalibus uti, simul declarat credere se numerum illum quinquagenarium Civibus sufficturum esse; sed docuit eventus Magistratum spemna excidisse, non enim Textorum linteonum Contubernium texendo linteo manus admovit, sed eo in hunc diem plane abstinet, ut Civibus Incolisq; Nostris instar primorum Prussorum, in clusiis, mappis, mantergiis, et alijs, quæ domesticus usus postulat, carendum esset, si non aliud quam Textorum Contubernalium linteum supperetur. Nec minus quotidiana cognoscitur experientia, non Contubernalium quinquagenarium Numerum minus exiguum esse, quam ut necessitatibus sufficiat, foretq; penuria ex locis peregrinis longe maiore sumptu supplenda, si non Nostris sub Urbis non plures quam quinquaginta non Contubernales texturam exercerent, qui cum in præsens Numerum illum admodum excendant, tamen ingens lintei copia Nundinarum imprimis tempore ex Prussia et Pomerania advecta, intra paucos admodum dies venditur. Quare neq; antiqua Conventio inter textores linteones, quam Contubernium non implevit, neq; Magistratus edictum, quod Conventioni illa militat, locum habere potest, nisi Civis et Incolas adigere velimus, aut linteo carius quam mos Cultus, necessitas postulant, uti, aut illud impendio maiore à locis exteris accire. Utrumq; esset eorum, inhumanum, imo iniquum, Civibus etiam damnosum, dum pecunia non modicavis ad exteros migraret, quæ nunc intra Suburbia expenditur, et si non tota, maxima tamen ex parte in unam Civitatem redit. Quod denique ad Ordinationem à Senioribus Contubernii scriptam, et a divæ memoriæ Rege Joanne III. Confirmatam attinet, per eam Magistratus Jus gravitèr violatum est: Solus enim Magistratus ordinandi Contubernia, habet potestatem, quam Divus Stephanus in Statu Portorii clementissime confirmavit, ut Magistratui more Majorum de Collegiorum Corporumq; Statutis ex Civitatis rationibus et Communi utilitate

statuendi ius potestatemq̃ integram relinquens, Privilegiis Contubernijs Opificum Caeteris q̃ Collegijs non á Magistratu datis, nullam iuris Auctoritatem tribui voluerit. Neq̃ sibi solis hanc suam Ordinationem scripserunt Textores linteones, sed etiam Coribus promiscue omnibus cum non nulla pariter alijs servari vel int, pœna in non obtemperaturos addita: et tamen quas alijs irrogare sustinuerunt leges, ipsi Negligunt, linteum enim in Mappas et mantilia de quo ut confecto á se et conficiendo in legibus suis verba faciunt, neq̃ confecerunt neq̃ conficiunt ac frustra in eorum pro Curia primariæ Civitatis tabernis ab emptoribus quæritur. Quare cum hæc Textorum linteonum Ordinatio, post Confirmationem Regis Joannis III. ex tenebris, ubi delituerat, in lucem prodiret, Magistratus statim humillime informavit et Divus ille Rex informationem Clementissime admisit et probavit. Post Textores linteones et trihicos, Mensarii Confirmationem Privilegii Divi Joannis III. pariter ex Cancellaria Regni maiore hoc Notarium Regium die Vigesima Januarii Nobis reddiderunt, ingvo Mensariis solis ingamenta ad fenestras fores quales cunq̃ hypocaustorum et Camerarum, sellas sedinatorias, Mensas, Scamna, sedilia fabricare permittitur, hæcq̃ et alia opera fabris lignarijs, pœna addita, interdicuntur, Scalæ autem lignæ in cenaculos immittendæ tum á Mensarijs tum á fabris lignarijs fieri permittuntur. Fuerunt de operibus inter Mensariorum et fabrorum lignariorum Contubernia Veteres Controversiæ, quas Magistratus Anno 1613. sua Sententia diremit, hancq̃ Anno 1641. inter utrumq̃ Contubernium excepit Conventio, a Magistratu roborata, et usu continuo servata, in quâ se nihil mutaturos Contubernia Anno 1655. invicem sponderunt, contra quam sponsionem sequenti Anno Mensarii fabris lignarijs in suis dictum Privilegium obtinebant. Informavit eodem Anno et ex Muneris sui ratione et ad preces fabrorum lignariorum Divum Regem Joannem III. Magistratus, ne suum ius ordinandi contubernia, a Rege Stephano per tractum tortorii confirmatum minueretur, et a fabris lignarijs ad solos Mensarios transferentur, aut cum his communicarentur, quæ antiqua Magistratus Sententia, et inter utrumq̃ Contubernium Conventio solis fabris lignarijs vindicant. Non caruit fructu informatio, manentibus quæ olim de Mensarijs et fabris lignarijs sanita, et fabris ex illorum præscripto opificium duum exercentibus. Cognito autem Mensarios Privilegij sibi a Regiam Confirmationem impetrasse iterum Nos adierunt lignarij fabri vehementer rogantes, ut suas humillimas preces ad Sacram Regiam Majestatem Vestram deferamus, ne Privilegij pene irriti confirmatio, opera sua archioribus circumscribat limitibus, quam lex, Conventio, et usus statuerunt. Quod dum facimus, Serenissime Rex Domine Clementissime, præstamus Civibus quod debemus et simul vetustissimo Vestro Juri prospicimus, per quod si Contuberniorum Ordinationes mutandæ et augendæ a Nobis ex Civitatis rationibus, citra aliorum Civium damnum, mutandæ sunt. Confidimus ergo Sacram Regiam Majestatem Vestram haud permissuram ut Textores linteones vel per Ordinationem suam, vel per veterem cum Textoribus suburbanis Conventionem, vel per obsoletum Magistratus edictum Cives subigant, ut linteum apud quinquagenta saltem textores suburbanos texendum curent aut Mensarii Fabros lignarios impediant, quominus opera elaborent quæ Jure suo elaborare consueverunt. Ita Deus Sacram Regiam Majestatem Vestram Dominum Nostrum Clementissimum superstitem incolumem et rebus secundis florentissimam quam diutissime ce imbeat. Dabantur Sedani die ut supra. Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ humillimi et fideles Subditi. Pro Consules et Consules Civitatis Sedanensis.

Litera ab eodem Magistratu Sedanensi ad Illustrissimum Supremum Regni Cancellarium in eodem Materia die ut anno eodem Sedano scripta.

Illustrissima &

Qui nuper Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ præsidium et tutelam ob confirmata Sartorum et fabrorum, tum Armentariorum, tum Serariorum Privilegia appellavimus, iterum ejusdem opem et auxilium implorare adversus Textores Linteones et Mensarios adigimur; id quidem ff

iam sit a Nobis summa fiducia, non quod unquam de benevolo et prompto Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ, quando de Juribus Nostris et Civitatis commodo agitur, animo dubitassemus, sed quia ex benignissima Illustrissimæ Excellentissimæ Vestræ ad Nostras contra Sartores et Fabros Literas die duodecima Januarii Nobis redditas responso apertissime colligere licet, quid de Textoribus et Mensariis, quorum causa non mediocris est, expectandum Nobis sit. Sunt alias in memorabili illo responso, de Magistratus auctoritate, de Juribus, Consuetudinibus, de Hominum, qui adversus Magistratus auctoritatem, Jura et Consuetudines, Cancellarias fatigant, temeritate, multa egregie gravitor sapientissima dicta, nec minus præsenti tempori accommodatissima, quo etiam Opifices, Nocivitatis studio, de nova contiguas Leges efferunt, et ingenium potius quam manus exercentes Magistratui egre parent, incitati ab aliis, quibus intuitio Consilium et opes est. Hæc quamvis silentio veneramus, nunquam tamen ex animo dimittemus, imo ad ovam posteritatem servabimus, quo futuris sæculis constet, fuisse Nostra ætate summum Regni Cancellarium, cui non satis fuit, se esse Legum Custodem, sed qui, inferiores Magistratus pariter Legum Custodes esse, voluit, et sunt exercuit gravissime monuit, et accendit. Interea dum Nostra auctoritas, quam tamen non pro Nobis, sed Sacræ Regiæ Majestatis Domini Nostri Clementissimi Nomine exercemus, non uno modo lacessita laborat, incredibili erigimur solatio Nos Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ probari, ei in ipsa adversus malevolos tutelam esse perfugium: simul gratias agimus maximas et omni tempore habebimus, quod priorem humillimam adversus Sartores et Fabros ad Sacram Regiam Majestatem informationem non solum benignissime susceperit, sed vno etiam Patrocinio apud Sacram Regiam Majestatem adesse velit. Optaremus quidem, ne ejus modi informationibus opus esset, sed ut sunt varia Hominum ingenia, non possunt de esse, qui sive justa sive injusta fuerint, modo credantur utilia, petant, et Cancellariæ ne videantur justa negare, dum injusta negant, qualia cunq; petantur, concedunt, subvenit ergo informationis remedium, ad conservandum jus efficax, quo ut semper magno cum fructu usi sumus, ita et imprasens contra Sartores Linteones et Mensarios utimur. Perspicit Illustrissima Vestra Excellentia ex adjuncta literis hisce ad Sacram Regiam Majestatem informatione Sartores Linteones veterem cum non contubernalibus extra Civitatem Conventionem, quam ipsi Sartores nondum impleverunt. Magistratus edictum, quod Conventione illa nondum impleta nititur, et ovam quam ipsi sibi et aliis scripserint, indeq; juratam Ordinationem confirmari curasse, Mensarios vero, eorum, de quibus cum fabris lignariis aliter transegerant, dum, fabris lignariis inscriis Confirmationem Regiam petisse et impetrasse. Rogamus reverenter et demisse, velit Sacræ Regiæ Majestati Illustrissima Excellentia Vestra singula faventissimæ exponere, et justitiæ Causam ita agere, ne Nostra, ne religuorum Civium jura et utilitates per Sartorum Linteonum et Mensariorum commoda, minuantur. Erit hoc novum in Nos et universam Civitatem beneficium ac novum de juribus meritum, quorum cum tantus sim numerus, et parem gratiam referre negueamus, laudibus celebrabit posteritas.

Venimus ad singulas oppidorum Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ hereditariorum, quorum Illustrissima Excellentia Vestra ad finem literarum mentionem fecit, non minus illi Nostrum studium laudassent, quam Regiomontani Magistratus favorem laudarunt ei Nobis idem licuisset, quod Regiomontano Magistratui licuit. Contubernium enim, singulorum intercessit quo minus singulis Pedonis eam facilitatem præstaremus quam prompti præstitissemus, nisi Contubernium intercessisset, et quid quid pro illis a Nobis actum non sine indignatione Contubernii actum non sine indignatione est, frustra Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ Commendatione et aliis rationibus allegatis Contubernio, etiam minaciter, ad suas Ordinationes provocante, cujus ratio ideo imprimis habenda, quod justus erat metus, ne Contubernia quasi in causa communi se ingerent. Quod religuum est, Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ valitudinem integram et firmam cum rerum quarumvis successu felicissimo a Deo precati, Gratiæ

et præsidio Nos totamq̃ Civitatem, dissensionibus adhuc agitatam, quod decet animi cultu et observantia, quam diligentissime commendamus Dabantur Zdani Die ut supra. Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ ut supra in Litteris Regis.

Litteræ ibidem ad eosdem Magistratu Gedanensi, ad Eundem Illustrissimum Supremum Regni Cancellarium, quibus denuntiant quomodo Tertius Ordo Gedanensi Ordinationem Sacræ Regiæ Majestatis ad Executionem deduci recusat. Die 12. Februarii 1751. anno scriptæ.

Illustrissime &c.

Sperabamus dissensionum tandem aliquando fore finem, reditumq̃ Concordiam, publicata Vigesima Julii superioris Anni Varsaviæ Ordinatione Regia, quam cum reduces ab Aula Collegati Nostri die tertia Augusti exhibuissent, prima fuit Cura, ut executione cum reliquis Ordinibus constituta, servaretur ab omnibus, idq̃ ex Sacræ Regiæ Majestatis Domini Nostri Clementissimi Mandato; Qui Burgrabium, Vice Consules Consules, Ordinos, tertium Ordinem, et Contubernia Ordinationem servare et exequi jubet. Versa in germanicum Ordinatione, justoq̃ exemplarium Numero descripto Vigesima octava Augusti eandem cum Ordinibus communicavimus, Sententiam eorum simul rogantes, quam tum Secundus Ordo differebat, tertius vero executionem commendabat, quod quamvis a Mente Nostra haud alienum esset, expectandum tamen erat, donec quam Secundus Ordo declararet, cui eum iterum de Ordinatione ad Ordines referremus, placuit, Nostrum de ea sensum exquirere, quem reticere minus volumus, cum ipsa Ordinatio Nobis injungat, quando aliquid proponimus nostrum Sensum cum necessariis circumstantiis reliquis Ordinibus aperire. Præstitimus libentissime quod postulatum est quoniam est maior Articulorum Numerus quam ut uno tempore de omnibus commode possit promi Sententia, ita divisimus eos, ut qui statim præsto possent, præcederent reliqui, de quibus cum Ordinibus Consilia conferenda accuratius sequerentur. Nondum absolveramus omnes cum Secundus Ordo postquam etiam suam Sententiam in Certum a Nobis propositum Numerum Articulorum Divisset, et Nos promisissemus de iisdem Articulis ex mente Ordinum delegatos constituere, quo tempore Tertius Ordo exigebat, ne de singulis Articulis, de quibus etiam Secundus Ordo jam suam Sententiam divisset, Decretum publicaretur, sed instabat, ut receptis a Nobis sine exceptione omnibus Ordinationibus articulis, omnium Ordinum Nomine Decretum fieret, factoq̃ Decreto tum demum de executione per suos Delegatos agere volebat, addita post modum et ex intervallo specialius explicata ratione quod Ordinatio non esset lex, nisi per Conclusum Ordinum corroboraretur. Novi generis hæc erat postulatio, et Contra omnium temporum exempla ad Unius Ordinis arbitrium de eo decernere, de quo ad Ordines non relatum; Erat Contra antiquam Consuetudinem, erat contra ipsam Ordinationem, qua non jubentur Ordines, recipere per Decretum Ordinationem, sed servare et exequi. Hoc etiam ut quam primum fieret, Ordines monuimus simul professi esse Nos paratos ad delegandum qui de executione cum Ordinibus agerent. Consentit Secundus Ordo, Tertius vero iterum urgebat Decretum de receptione, Decus se Sacram Regiam Majestatem per denunciatos aditurum minitans. In hac duorum Ordinum dissentione Nostri erat Officii, leges Regni, quæ nisi utroq̃ Ordine in unam rem Nobiscum Consentiente, Decretum fieri vetant simul pertinere in Ordinatione, quæ non mandat recipi, sed servari et in executionem deduci, quare rogabamus Ordines, ne executionem moraretur, respondit Secundus Ordo adigi se ad recipiendum Ordinationem et ad nominandum in executionem et ad Deputatos. Ignota Nobis erat illa vis aut ratio, ut ad huc ignota est quæ adigeret Secundum Ordinem mene

Ordinationem recipere, cum antea sponte declarasset ad exequendum de promptum esse, et potuisset exequi Ordinationem quam recipere. Nos contra credentes minime esse deflectendum a Religione Officii ac Voluntate Sacrae Regiae Majestatis non desiimus Ordinibus executionem commendare, precesq; Nostras repetere, ut tandem ad eam perficiendam Delegatos Nominarent, quos Secundus Ordo Nominare promisit, simul ac a Nobis et tertio Ordine denominati essent. Sed tertius Ordo ad extrema progrediens declarabat, non tantum ad Regem suos missurum Deputatos, sed etiam consiliis abruptis, aerarium clausurum, donec generali Decreto Ordinatio plane recipieretur, et sine ulla limitatione instar legis perpetuae impleretur, quo facto de per suos Delegatos de exequendi modo acturum esse. Ita tertius Ordo et contra antiquas Leges, et contra ipsam Ordinationem pro qua unice niti videbatur, agebat, quibus consulere de Negotiis Publicis, non autem Consilia abrumpere iubebat, et Ordinatio speciatim singulis mensibus Ordines in Commune consulere praecipit, etiam si Magistratus Consularis nihil haberet de quo ad Ordines referat. Claudere vero aerarium non unius Ordinis est, cum aerarii Cura, non ad unum sed ad tres Ordines pertineat, ne dicamus subventi, plane admodum afflictam Civitatis fidem, si aerario Clauso usurae Creditoribus negantur, et magnum damnum contrahi posse, quando necessarii et quotidiani sumptus non eroganter. Revocantes tamen ad animum, quae inde rerum futura confusio, quod Civitatis incommodum, et veritus ne si quod gravius malum obveniret, a Nobis potissimum qui ad Clavum sederemus ratio exigeretur gubernatores imitati, qui ut navem servent, fluctibus cedentes, gubernaculum relorquent, declaravimus, recipere Nos salvis Civitatis Juribus Ordinationem et de ea jam decretum fieri, simul ac Nostro Ordine tres nominavimus, qui cum reliquorum Ordinum Delegatis, de executione consilia conferrent. Sed negui hoc tertii Ordinis Animos flexit, quos offendit recipia Nobis. Ordinationem salvis Civitatis Juribus, quam Sacra Regia Majestas Juribus et Consuetudinibus Civitatis conformem dixit, quod non aliud est, quam Sacrae Regiae Majestatis esse mentem, ne Jura Civitatis ullo modo infringantur. Minime tulit Tertius Ordo Jurium Civitatis mentionem fieri, magis placuit solam Ordinationem ut Legem perpetuam recipi hanc Nobis scripsit formulam, et licet Secundus Ordo duos ad executionem nominaret Delegatos, tertius tamen Ordo memoratam illam suam formulam ita mutavit, ut Ordinatio simpliciter reciperetur et tanquam lex Pragmatica executioni mandaretur. Nonlicuit ergo apud tertium Ordinem Jura Civitatis vetera allegare, quae Majores sanguine et opibus pepercerunt, conservarunt, et ad Nos tranmiserunt, ad quae omni tempore coram Regibus Dominis Nostris Clementissimis provocare licuit, quae Sacra Regia Majestas ad exemplum Seremissimorum Decessorum Clementissime confirmavit, in quae Nos sancte juravimus. Frustra igitur trina Mensium spatio abrumpto Consilia de executione Ordinationis Regiae interrupit legatio a Deputatis tertii Ordinis, Scabino Nobili Wernickio in munera qui in Consulto Collegio suo, cui per Jus juramento junctus, inscio Magistratus Consularis Praeside, sine Cujus venia Consules et scabini longius iter ingredi nequeunt, die Septima praesentis Mensis Februarii Dresdam profectus est. Impedire igitur jam sunt de Ordinatione Regia Consultationes, tertio Ordine die decima hujus Mensis publice declarante, se Ordinationis executionem Sacrae Regiae Majestati per unum allegatum Nobilem Wernichium, ex praescripto Mandati Suorum Deputatorum plane promisisse. Haec Illustrissimae Excellentiae Vestrae exponere fidelissime, non tantum officii ratio impulit, sed ipsa etiam adegit necessitas. Orabit Dresdae Causam tertii Ordinis legatus ille Wernichius Scabinus, quale exemplum nullavis distractas, in Nos invehetur, famam Nostram lacerabit, Nos incusabit, imo et criminum arguet nullo Nobis Patrono et defensore Conscientia quidem sustentamur, et Causae confidimus, sed Conscientia Nostra non facile convincet alios, et Causa etiam justissima vincitur, si qui

tueatur, non adesit. Maiores Nostri rebus per diuersiones turbatis et dubiis, aut ipso Rege indignante. ad Regni Cancellarios confugiebant, quorum Consilium et operam ut prompta et facilis, ita Ciuitati semper salutaris fuit. Sic magnus Zamoyscius apud Stephanum Deprecatorem egit, sic Leszczynius Joanni Casimiro et Michaeli Magistratum excusavit, sic Intercessoris partes Wydzga et Wielopolscius apud Joannem tertium sucepserunt. In istorum Maiorum Vestigiis, quando ad Illustrissimam Excellentiam Vestram rebus admodum afflictis, et cum omni eius Consilium suppetit, Nos recipimus; super caetera, quae non sine magno animi dolore sentimus, et quae commemorare impraesens omittimus, haec Nos potissimum cura angit, et torquet, ne Ablegati illius, quas ex praeteritis praevidemus, Criminationes, Sacra Regia Maiestatis paternum in Nos animum vertant, aut plane ab alienent. Imploramus Illustrissimae Excellentiae Vestrae qua fas est reverentia et fiducia non minore Patrocinium, ut Nostram Causam, destitutam fere suscipere, et apud Sacram Regiam Maiestatem ita tueri velit, ne falsis incusationibus locus sit, et ne aliquid contra Nos antequam audiri, credat aut statuatur. Dignetur simul Illustrissima Excellentia Vestra Nobis eiam benignissime monstrare, qua ex his fluctibus emergamus, ne obruatur Patria, Cuius Naufragium quasi ex tristi aliqua specula prospicimus. Praedicavit olim de Gedano Pro Cancellarius Oszcovius Regnum Polonum Regnante Joanne Casimiro in ea servatum esse, ut nos Nostra Sobales, et omnes posteri uno ore, celebrabunt. Illustrissimae Excellentiae Vestrae Consilia et Studium Gedanum cum ruina impenderet servasse. Ita Deus Illustrissimam Excellentiam Vestram omnibus illis bonis cumulet, quae longissimam vitam reddere queant felicissimam Dabantur Gedani die ut supra.

Rescriptum Sacrae Regiae Maiestatis ad Ciuitatem Gedanensem ratione Executionis Ordinationum Regiarum inviolate faciendae tranquillitatis ab interna saeculo in ciuitate seruandae Die 20ª Mensis Februarii 1751ª Dresdae expeditum.

Augustus Tertius &c.

Nobilibus Spectabilibus ac famatis Burgrabio Pro Consulibus Consulibus, Scabinis, Centum Viris, totique Communitati Ciuitatis Nostrae Gedanensis fideliter Nobis Dilectis Gratiam Nostram Regiam. Nobiles Spectabiles ac famati fideliter Nobis Dilecti. Fide certa et indubitata per Consiliarios Latere Nostro assidentes delatum Nobis est, quod aliquando eventurum non sperare dumtaxat, verum nec cogitare quidem poteramus, quomodo scilicet in hanc Ciuitatem Nostram Gedanensem Jurium Legumque Publicarum, nec non Ordinationum Regalium hactenus perquam observantem; erga Nos Antecessores Nostros, Nostramque Ipsius Regiam Personam, reverentiae, fidei, debitaeque Subiectionis constanter hucusque retinentem nub haec tempora, pernicioso huis Authoribus exemplo irrepserit grave Scandalum palmaris inobedientiae, et notoriae praevaricationis, adversus salutaria, et Iustitiae rationibus mixta sancita Nostra. Quantumvis enim Nos, emotam suo Cardine Iustitiam, Disciplinam, Regiminisque Civilis formam, totum denique Ciuitatis illius statum afflictissime convulsum et perturbatum paterne miserati, reducendae pristinae tranquillitatis, felicitatisque Studia et Consilia diligentor exquisiverimus, perscrutatique fuerimus: atque non nullos abusus, tanquam veram mutuae inter Ordines Charitatis Offendicula: omnino tollendos, et emendandos adinvenientes Ordinationem certam animo maturo et bene deliberato concepserimus, conceptam eum Consiliariis Nostris ad leges Patrias et Iura Ciuitatis Cardinalia, rursus iteramque ac cusserimus: excussam Delegatis a Magistratu Gedanensi Viris, Paterna plane Indulgentia prius ab hinc quam promulgaretur, communicaverimus: ita denique communicatam ac uno Omnium labio, ut iustissimam, collaudatam, in conventione Extraordinaria Varsaviensi Anno Domini 1750ª die 20ª Mensis Julii, praesentibus consiliumque approbantibus Regni Nostri Ordinibus publicari fecerimus, talemque Ordinationem tanquam Legem perpetuam et sacrosancte servandam Ciuitati Gedanensi, per suos supplices Delegatos demandaverimus, miserimusque nihilominus Magistratus Gedanensis, seu potius certae ex eodem Magistratu Personae oblatae obsequii et amoris ff

erga Patrem et Principem non erubuerunt, contra stimulum reverentiæ obedientiæ caecitrare: executionemq̃ præfatæ Ordinationis Nostræ maximæ necessariam et salutarem perperam ac sedit-ose impedierunt: atq̃ adeo pervicaci suo Consilio tot tantosq̃ exdores Nostros fructu boni operis: tertium Ordinem expectato post amaritudinis levamine Civitatem universam desiderata pace, quiete, et omnibus quæ inde profluunt, bonis, maxime fraudarunt, privarintq̃. Cuius rei tristem Nuntium cum Nobis ferret Nobilis ac Spectabilis Gotthilff Wernicki Scabinus Civitatis eiusdem Sedanensis, atq̃ Tertii Ordinis Nomine, per Consiliarios Nostros supplicari Nobis faceret, quatenus culpabiliter a primo Ordine neglectam Ordinationis Nostræ executionem pro potestate urgere, atq̃ perinde præfatum tertium Ordinem gravi dominationis, quam inique Magistratus usurpat, jugo absolvere et Clementer eximere, Nostraq̃ et Mandatorum Nostrorum Authoritate hac parte fortiter consulere dignaremur. Primo quidem placuit Nobis egregii a Viri, fides, et integritas, qui Zelo suo pristino laudabiliter inhærens, eodem quo nuper Studio et conatu Causam afflictorum Concivium apud Nos acturus, iterum se huc loci contulit, deinde etiam atque etiam facturum pervicax Magistratus, sive eorum ex Magistratu membrorum cum Amaritudine animæ Nostræ recogitantes cogebamur contra usum consuetudinemq̃ Clementiæ graviter irasci huic protervitæ incredibili, cuius quidem in continenti puniendæ et pro merito vindicandæ neq̃ Causa Nobis deest, neq̃ justa facultas. Verum enimvero innata benitatis Consilia promptiores Nos faciunt ad veniam quam ad panam; idcoq̃ ad hæc Vobis Burgrabio, Præ Consulibus, totiq̃ Magistratui Civitatis Nostræ Sedanensis, hactenus Ordinationis Nostræ dura cervice resistentibus spatium et tempus placabile, quo resipiscatis, et revertamini ad cor, Clementer indulgemus, mandamusq̃ Vobis et præcipimus sub extremo jam eruituræ mox indignationis Nostræ periculo: quatenus præhibatæ Ordinationis Nostræ sanctæ 1750. die 20 Julii Varsaviæ publicatæ recipiatis, et in omnibus suis punctis, Clausulis et Articulis ad Veram et realem executionem incunctanter integreq̃ deducatis; tali rectione erratum Vestrum Correcturi, et reconciliationis Nostræ beneficia impetraturi. Interea vero temporis, in eadem peramplæ populosæ Civitate negvit turbatum sit provide precaventes; Mandamus pariter Vobis Centum Civibus, Universæque Communitati Civium Nostrorum Sedanensium: quatenus Vos in officio et obsequio debito modeste contineatis, nihilq̃ tale, quamvis aliqua molestia et injuria patientiam Vestram exercente, aggredi præsumatis: quo tranquillior Civitatis status violari, pessumire, evertiq̃ per Vos juxta convincatur, idq̃ sub interminatione gravioris Nostræ iræ, et panis in Vos, tanquam in perturbatores pacis domesticæ extendendis, serio Vobis præcipimus, atq̃ vos bene sperare jubemus de Nostra Regali Providentia affuturam afflictis cum auxilio accepto tempore de inobedientibus subeuntis panas prævaricationis irremissibiliter sumpturam: Bonis vero et pro Justitia afflictis coronam patientiæ decreturam. Ejus autem robur et executionem ordinationis suæ meliis longe efficacibus pro potestate et authoritate directi Dominii asseruram. Factura sunt promissa omnia et singula Fidelitates Vestræ pro Gratia Nostra Regia et Officiorum Vestrorum Debito. Dabantur Dresdæ Die ut supra. Augustus Rex Locus Sigilli Minoris Regni Joannes Wosowski Canonicus Cathedralis Posnaniensis Sacræ Regiæ Majestatis Sigilli Regni Secretarius q̃.

Litteræ a Spectabili et spectabili Magistratu Sedanensi ad Illustrissimum Supremum Regni Cancellarium, quibus rogant ut Informationem in Autographo adjunctam ratione obreptive exportatæ ex Cancellaria Regni Minore Confirmationis Articulorum Novorum per Alutarios et Segmentarios recenter ex cogitatorum Sacræ Regiæ Majestati insinuare dignet. Sedano Die 20. Februarii 1751. versipræc. Illustrissime &c.

Nova hisce temporibus, quibus turbarum plena sunt omnia, meditari, et alaturii et Segmentarii seu Passamentarii aliorum Contuberniorum vestigia secuti confir-

mationem Regiam Articulorum Nobis insinuari fecere, Alaturii die quinta, Segmentarii Die Mensis huius duodecima. Illi quidem non contenti iis quæ olim obtinuerant antiquis, Novas recenter a semet excogitatos Articulos supplectorios adiacerunt, eorumq confirmationem ex Cancellaria Regni minore obreptive exportarunt, hi autem Segmentarii Articulos noviter confirmatos exhibuerunt. Cuncta vero hæc cum ita sint comparata, ut iuberte quod gerimus Munere Sacram Regiam Majestatem Dominum Nostrum Clementissimum humillima informatione adeundi impositam Nobis videamus necessitatem, non possumus, non Illustrissimam Excellentiam Vestram, quo decet cultu, rogare, dignetur eam quæ hisce in autographo adiuncta est informationem Sacræ Regiæ Majestati Domino Nostro Clementissimo haud gravatim insinuare, solidisque suis Commendationibus efficacissimum eirobur et pondus addere. Insignem hanc gratiam cuius obtinendæ, tum fortis ille et perspectus Zelus, quo Jurium tutelam ac patrocinium inter præcipua excelsi mi Fastigii Illustrissima Excellentia Vestra semper habuit, tum propensissimus eiusdem in nos civitatemq hanc affectus, indubitatam fiduciam facit, debita studiorum Officiorumq Nostrorum promptitudine demereri nunquam non annitemur. Deum de cætero precati, ut Illustrissimam Excellentiam Vestram inter summa omnigenæ properitatis incrementa, salvam diutissime præstet, ac sospitem benevolentiæ Jesius constantissimæ Nos et Civitatem hanc de meliori Nota commendamus. Dabantur ut supra.

Litera ab eodem Magistratu ad Eundem Illustrissimum, respectu Privilegiorum Contubernii Lanionum Sedano Die 18. Mensis Martii 1751. Scripta.

Illustrissima.

Voluntati Sacræ Regiæ Majestatis Domini Nostri Clementissimi, ea semper, quæ fideles subditos decet, devotione assurgere consueti, insinuatas Nobis per Notarium die prima Martii Articulorum Ordinationum ac Privilegiorum Contubernii Lanionum primariæ huius Civitatis quatuor Confirmationes sub sigillo Regni Maiore die 20 Julii Anno præterito expeditas, accepimus, atq uti nulli unquam indultos Regia Clementia favores invidemus, ita tres ex insinuatis Confirmationibus, quæ nimirum Articulos Ordinationes ac Privilegia, nec non aream vulgo Kuttelhoff dictum, item octo agri mansos, ut et liberam quibuscunq aliis Carnis venditionem concernunt salvis Civitatis Juribus et Consuetudinibus assumpsimus; ratione illius autem Rescripti, quod a Divo Joanne Tertio præfati Laniones Anno 1570 obreptive obtinuerunt ad humillimæ Informationis beneficium confugiendi necessitatem nobis impositam videmus. Illustrissimam igitur Excellentiam Vestram non possumus non debita observantia rogare, ut eodem, quod præsidio et tutamini Nobis hactenus fuit Patrocinio suo coram Throno Sacræ Regiæ Majestatis Domini Nostri Clementissimi, Causam Nostram agere, atq ea, quæ urgentæ Muneris, quod gerimus, ratione inadiuncta hisce informatione exponere erediximus, validissima sua Commendatione subfulcire dignetur. Id quod novum Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ et favoris erga Nos et propensionis in Civitatem hanc documentum interpretabimur, summo allaboraturi opere, ut studiis atq officiis Nostris promptissimis gratiam istam demereri possimus, inter Candida de cætero vota pro Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ stabili Valetudine, prosperimoq rerum Suarum Omnium Successu, constanti Nos Ipsius Benevolentiæ et civitatem hanc enixissime commendantes. Dabantur Sedani ut supra. Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ ad Officia paratissimi.

Literæ a Magnificis ac Generosis Supremis Ducatuum Curlandiæ et Semigalliæ Consiliariis ad Illustrissimum Supremum Regni Cancellarium, gerbus obsecrant, ut penes Sacram Regiam Majestatem intercedat, ne Delegato Generoso de Heucking ab Equestri Ordine cum querimoniis nullo fundamento subnixis fides adhibeatur. Mitavia Die 18. Martii 1751. scriptæ.

Illustrissimæ &.

Quo magis Sacræ Regiæ Majestatis Domini Nostri Clementissimi Cura, et plus quam Paterna sollicitudo internam pacem et concordiam in his Ducatibus reintegrandi ex Clementissimis Eiusdem ac deinceps mandatis et Rescriptis spatio aliquod abhinc Annorum huc transmissis et publicatis elucet, eo minus clementissimis et Salubertimis Regiis istis exhortationibus peroptatus eventus ex parte Generosorum ff

Unionis Auctorum et Eorum ad hanc tum emedio Generosæ Nobilitatis respondet. Quam vis enim Sacra Regia Majestas ad Ulterius significandam Clementissimam et propensissimam suam voluntatem continuam Omnibus malorum finem ponendi, lites inter Generosum Ordinem Equestrem et nos vel contra Nomen Ducalem amicabili compositione dirimendas esse Clementer duxerit, et hinc ex Throno Regio per Responsum ordinis Generoso Wilhelmo Alexandro de Heuching Varsaviæ die 23ª Mensis Septembris Anni proxime præteriti 1750ª datum demandarit, ut Generosus Ordo Equestris isti benevolæ Sacræ Regiæ Majestatis voluntati se conformet, Conventu Fraterno inter se agat, gravamina quibus se lasum sentit, comotet, Delegatum eligat, eumq̃ instructum cum plenaria et absoluta facultate absq̃ omni ad se reservatione illuc ubi Sacræ Regiæ Majestas cum Aula sua constituta fuerit, mittat, idq̃ in Anno Decedante proximo 1751º pro primis Junii, et idem ut nobis deinta Regia Voluntate conduceret, ad notitiam deduci voluerit, tamen præscitus Generosus de Heuching istud Responsum Sacræ Regiæ Majestatis in scripturam redactum ex Cancellaria Regni recipere detractavit, unde et ea significatio Clementissimæ Regiæ voluntatis ad Nos dirigenda hactenus subsecuta non est. Nihilominus ante dictus Generosus de Heuching Varsavia rediit arrogato sibi iterum Nomine Delegati Provinciæ, Generosum subindicem Tuccumensem Wilhelmum Alexandrum Magnum Forck tanquam Plenipotentiarium Generosi Ordinis Equestris ab unione præcitata creatum compellavit ut diem 25. supr. elapsi Mensis Februarii fraterno destinaret Conventui, qui etiam per Literas circulares eum diem pro Conventu, Nobis omnino inconsuetis et ignaris designavit, prout Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ anterioribus Nostris Literis significavimus. Hic dies Conventus cum incideret, membra Unionis, cum quibusdam ex Districtibus coadunatis ab uno et altero privato Plenipotentiam habentibus hic comparuere et prima fluentis hujus Martii Mensis, binos Generosos Consiliarios Terrestres Pilsinenses ad Nos miserunt, qui mediationem suam ad restaurandam Concordiam inter Unionis socios et nos offerent, quam etiam pacis studio lubentes admisimus et acceptavimus, gratesq̃ iis pro suscepta illa amicabili opera, agendo et rogando, ut propositiones et media ad finem istum tendentia, Nobis aperirent, quo facto illi mediatores præliminarem Nostram declarationem super quinq̃ punctis in scriptis Nobis exhibitis in qua Nobis ante reliqua condescendendum esset, inserunt. Quia vero ista puncta a Nobis perlecta, et per Notarium Regium Publicum juratum ex Originali a Mediatoribus Nobis porrecto descripta Supremo Sacræ Regiæ Majestatis Domini Nostri Clementissimi Dominio et Authoritati maxime derogatoria esse, et absq̃ lesione juvata Nostræ fidelitatis et Obedientiæ Sacræ Regiæ Majestati debitæ iis Assensum Nostrum præberi non posse advenimus, istis Generosis Mediatoribus indicavimus benevolæ Ipsorum intentioni gratias debitas denuo exhiberemus, et existimassemus, media compositionis probaturum iri, quando quidem autem excommunicatis præliminaribus pateret, inibi de negotiis agi; quorum alia ad ordinaria Comitia pertinerent, alia jam definita essent, alia sub Sacræ Regiæ Majestatis summa decisione versarentur, alia et iam eiusdem summam authoritatem afficerent, nunc vero Comitia non celebrarentur, ideo nos ad illa, committere nos non possemus, sicuti transumpta istorum punctorum præliminarium, una cum annexis eorum versionibus in latinum idioma et Nostra responsione clarissime id evincunt. Nam quomodo Nos in animos Nostros, reclamantibus Conscientiis inducere valuissemus, ut omnia et singula Rescripta Sacræ Regiæ Majestatis, quæ possi Laudum Publicum Anno 1746º conditum hucusq̃ emanata sunt, Declarationem Regiam Responso Anni 1748ª appositam, ubi et ultimarium Rescriptum Cassatorium, quasi talia, quæ ipso Jure vitia, et hinc nulla essent, intueremur et censeremus, Sacræ Regiæ Majestati remonstrationem in instanti faceremus, et submisse rogaremus; ut quemadmodum recensita Rescripta junctim et separatim nullius valoris essent, eius modi expeditiones in posterum non concederentur, et demolitionem Aggerum, Molendinorum Bauscensis et Angerensis, inquorum altero jam aperturam a Sacra Regiæ Majestate Nobis in punctum religuissemus, ratione Ulterius autem Appellationes a Sententiis definitivis Commissariorum Sacræ Regiæ Majestatis propriarum interpositæ, omnia pendente lite attentando inhiberent sub pœna 20000 Thalerorum ex propriis sub paratissima Executione, quam primum glacies dissoluta fuerit, absq̃ minimâ mora effectui daremus, et in super omnia tam in Laudo Anni 1746ª contenta quam subsecuta Acta et acticata Generosi Ordinis Equestris, tanquam Actus Juri et Legibus conformes, quam vis ipse Unionis

Actus et omnia ab eo dependentia, Rescripto Sacræ Regiæ Majestatis cassata et annullata sint, agnosceremus, et omnes inde ab Anno 1744o Generoso Ordini Equestri causatas expenses, ex propriis refundaremus, quibus præmissis omnibus Nos Directorum in Citatione inhibitoria reos et sontes esse absq̃ omni defensione velut Jure victi confessi essemus, dantis discriminibus proh dolor exponimur.
Quoniam autem id propositum mediante præliminari declaratione Nos irretiendi non successit, membra Unionis illius Generosum sæpedictum de Heuching iterum tanquam Delegatum ad Sacram Regiam Majestatem constituerunt, Ipsique commiserunt, ut protinus iter susciperet, Nosq̃ prout fautores omnium dissensionum et litium quavis ægrissima Compositionis media, contra Clementissimam Sacræ Regiæ Majestatis voluntatem præfracte abnuentes, deferret, gravissimamq̃ Ejusdem indignationem excitaret adversus Nos, et quæ alia fortassis arcana Ipsius instructioni inserta sunt, demumq̃ Conventum suum ac ilia potestate illum indicendi pro arbitrio conservandi et limitandi, negotia Publica inter se solos tractandi, statum in statu formandi polleret, in diem 28am Junii hujus anni, sicut ad Aures Nostras perlatum est, conservaverunt. Ne vero obliqua ista via Nos haud quaquam meritos criminari liceat, Illustrissimam Vestram Excellentiam humillimis obsecramus precibus ut penes Sacram Regiam Majestatem instantissime Nomine Nostro intercedat, ne ejus modi querimoniis nullo fundamento subnixis fides adhibeatur, sed potius integra Nobis defensio, si qua opus fuerit, relinquatur; quod autem ad limitationem Conventus præsumptam attinet, Judicio summo Sacræ Regiæ Majestatis Domini Nostri Clementissimi et limitissimæ Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ trutinæ expendendum humillime submittimus, quotandem ista affectatio Generosorum Unitorum cum suis Sociis Conventus Publicos agendi proroganti, et quæ Statum Universæ Provinciæ concernunt, inter se solos, ignaro et inconsulto Regiminne, præter Præscriptum Legum Carolinarum, et exclusis etiam reliquis Nobilitatis membris, quæ a partibus eorum nonstant, eruptura sit. Dum autem rebus, prout superius expressum est, stantibus, in dubio hæremus, an præsentia ejusdem Nostro Nomine et vice in loco quo Sacra Regia Majestas Dominus Noster Clementissimus, primis diebus Mensis Junii, cum Aula sua constitutus fuerit, ad Compositionis Negotium, sub Authoritate summa Sacræ Regiæ Majestatis tractandum, necessaria futura sit, ab eadem humillime expetimus, et animi sui sententiam Nobis desuper impertiri dignetur, Cui obsequii paratissimi erimus, Omniaq̃ justa media ad eum finem obtinendum, modo Partis adversæ eadem fuerit inclinatio, haud invisi amplectemur. Quod autem Illustrissimæ Vestræ Excellentiæ Cogitata Nostra ex promere auderemus, vix stabilem et duraturam pro præsenti rerum facie, Concordiam, et coalitionem Animorum, speramus, nisi summo Nomine Sacræ Regiæ Majestatis Comitia Ordinaria a Nobis indicta fuerint, atq̃ singuli Districtus, Generosos ad ve efectos Deputatos, Viros Patriæ salutis amantes pacis studiosos, et a Studio partium alienos sufficienter instructos mittere teneantur, a quibus gravamina revideantur et prævia matura deliberatione examinentur, an ad Normam Juris abolitioni sint obnoxia, quæq̃ talia ad inventa fuerint, Sacræ Regiæ Majestati protinus per Delegatum subjectissime præsententur, et vel compositione, vel decisione justissima Sacræ Regiæ Majestatis terminentur. Interim tamen Sacræ Regiæ Majestatis Clementissimo beneplacito et Consiliis, ac Nobis Illustrissimæ Vestræ Excellentiæ acquiescendum Nobis esse subjectissime agnoscimus, cultuq̃ intimo Eandem devenerantes in æcum permanemus. Illustrissime et Excellentissime Domine Regni Cancellarie Supreme Domine Gratiosissime. Illustrissimæ Vestræ Excellentiæ Humillimi Obedientissimi Servitores. Christophorus Fridericus a Sacken Landhofmeister. H. C. Finck de Finckenstein Cancellarius. Otto Christophorus ab Howen Oberburgrabius. Henricus Christianus ab Offenberg Land marschalcus.

Responsum Eisdem Supremis Ducatuum Curlandiæ et Semigalliæ Consiliariis, quam ad superius scriptas tam et ad præcedentes Literas, ab Illustrissimo Supremo Regni Cancellario die 9e Aprilis 1751e anno datum.

Magnifici &c.

Literis Magnificarum et Generosarum Dominationum Vestrarum Sexta Februarii et decima Octava currentis summopere tactus fui, quod ve Animum angit illud est, quia retardatum video publicæ tranquillitatis et Concordiæ reditum in Ducatibus prostra pertinacem non nullorum impetum, quo feruntur ad promovenda propria Consilia, post habitis Sacræ Regiæ Majestatis ad pacem ad hortationibus, Illius que serius mandatis et Rescriptis, ut ab hoc tramite recedant, antiquo et practicato modo justa formulam Regiminis, Legis, et Laudabilia Patriæ se gerant. Fuit quidem ea Sacræ Regiæ Majestatis Clementissimi Animi propensio ad componendas Regia sua Authoritate, semoto Judiciorum strepitu, omnes dissensiones inter Generosum Equestrem Ordinem et Dominum Ducalem atq̃ Magnificas et Generosas Dominationes Vestras, tum inter ipsam Generosam Nobilitatem, cujus Districtus in Contrariam iverunt sententiam. Verum pro

Literas Magnificarum et Generosarum video, quod in hisce circumstantiis factum sit per Generosum Jorck, cæteroqꝫ Eidem adhærentes, et quantum a laudata illa Compositionis via deflexerint. Horum omnium informationem ad aulam transmisi, Eidemqꝫ in eas superaddidi reflexiones, inter præsertim esse unquam, ut indicatur inuita præscriptum formula Regiminis Conventus extraordinarius, ubi singuli Districtus sine contentione Generosos suos Delegatos mittant Viros Patriæ salutis Amantes, et pacis studiosos. sufficienter instructos ad abolenda gravamina, vel ad illa per Delegatum decisioni Sacræ Regiæ Maiestatis præsentanda. Per Reverendissimum id circo Pro Cancellarium Collegam meum, Pacis aequæ et tranquillitatis horum Ducatuum Studiosissimum, Magnificæ ac Generosæ Dominos Vestræ certiores fient de Regia hic desuper voluntate et determinatione, Eundem enim rogavi ut stante brevitate temporis explorata serenissimi Domini mente super repræsentationes meas, illam directe Magnificis ac Generosis Dominationibus Vestris significet. Quo ad factum per Magnificas ac Generosas Dominationes Vestras repræsentationem super Rescriptum favore Generosi Friderici de Mirbach Capitanei Candavensis emanatum, rationes potissimæ sunt quod augmentum Salarii Eidem ex Gratia Serenissimi concessum grave sit Domui Ducali, et trahere possit in vegetam quod cæteri Capitanei de simili augmento curarent provideri, sed alia omnino atqꝫ distinctissima ratio militat favore Generosi de Mirbach, augmentum enim Salarii sui, non illuc tendit, tantum ut hoc fruatur, sed ut facilius per hoc occasione vacantiarum promoveatur, quem admodum expressum est cessare statim debere prædicti augmenti exclusio, ac Generosus Capitaneus de Maiori Capitaneatu provideretur, idqꝫ propter recognitam Ipsius capacitatem, aliaqꝫ Merita, quæ Eundem dignum Gratia Regia reddiderunt. Studium deinde maximum quod tam Ipse, quam Generosus Eius Frater, ferventer demonstrarunt in defensionem Authoritatis Regiæ, Jurium Patriæ et Domus Ducalis benemeritum est de gratia Regia ex Assistentia Nostra, quibus stantibus grave videri non potest, neqꝫ periculosum Magnificis ac Generosis Dominationibus Vestris augmentum prædictum, et spero Dominos Vestras ad mentem Rescripti demandaturas esse, ut ex Cassa Ducali Eidem erodiatur, studiis et officiis suis pro Domo Ducali, hanc modicam erarii diminutionem compensabit. Ego autem quovis tempore contestari curabo Magnificis et Generosas Dominos Vestras gratissimam mihi rem ideirco fecisse. De cætero in antigua perseverans Animi mei constantia probono Publico et existimationes erga Magnificas et Generosas Dominationes Vestras, Eidem omnia fausta et prospera a D.O.M. animitus apprecor.

Litera ab Eodem Illustrissimo Supremo Regni Cancellario ad Prænobilem et Spectabilem Magistratum Gedanensem, in Negotio ut facta a Rege ordinatio, demandatum Executioni Varsavia Die 31o Mensis Martii 1751o anno scripta.

Prænobiles &c.

Intestinis laborantem discidiis Civitatem Gedanensem iam evasisse ab imminentis ruinæ periculo credebam, et ab ultimaria Ordinatione Regia, hic Varsaciæ pro bono Civitatis facta licuit mihi mente læta omnia lausta et pacata polliceri. Ast primo rumor a longe, tanquam factura procella indicium offendit aures meas, adventus dein Nobilis Werniek ad Aulam Regiam certiorem me fecit ex orbe literum tempestatis, et tandem Literæ Prænobilium et Spectabilium Dominationum Vestrarum de 12 Februarii ad me exaratæ de adem, simulatqꝫ de proximo quasi Civitatis naufragio me admonent, obtrusi Ordinationem Regiam hucusqꝫ quasi in limine contentionum hæsisse, et propter oppositam clausulam salvis Civitatis Juribus ad executionem per ordines mentium spatium inutiliter. Quantum Communi bono! quantum Commercio! per hoc tempus litari potuit! Quidque afflicto rerum statui ad succurrendum concedi debuisset, illud ad nutriendam animositatem, prius nunc vero jam adultam lovendam prætextatum est. Vellem ergo este Antecessores meos, quos Literæ Dominationum Vestrarum denotant, et quorum Virtutes præsens detestatur ætas, in omnibus imitari, sed et si magna animi dotes Antecessorum meorum mihi concessæ a Deo fuissent, quorum me inferiorem judico, difficile tamen semper foret malignanti jam febri remedia adhibere. Quod enim hodie vigoris indigebit maximi potuisset facile ab initio morbi curari, sitque ægrotus spem reconvalescentiæ in medico, quem nunc adoptat, promisset.

Clausula haec opposita salvis Civitatis iuribus sub umbra Legum securitatem gerens videtur. Patriae commodis prospicere, ex quo omnis libertas Civium, decus, Privilegia, Fortunae, in Sanctissimo Legum Sacrario deposita sint; sed haec exceptio praesidium Legum invocans, ipsasmet Leges Patrias infringet, si ad omnes Casus lato Termino applicabili iusta velle suum quisque ventiens, vel Privatis indulgens cupiditatibus, ad affectationem sui Legum explicationem sibi reservaret. Serenissimus Rex Dominus Noster Clementissimus pro Commodo Civitatis et Commerciorum augmente statuit ordinationem hic Varsaviae; Nos Cancellarii magnanimam mentem Regis exequentes, communicavimus cum Deputatis a Magistratu Viris omni exceptione maioribus laboves Nostros, rationem semper habendo Legum, & libertatum. Ad sopiendas lites et iurgia, adq; ad amovenda a civitate ulteriora incommoda, breviori visa et Principi via per novam Ordinationem, quam per litigiorum paraginem. Nunc iterum in Executione Ordinationis Regiae, si haec Clausula salvis iuribus Civitatis opponetur, Communitas ab aliquod Annis Regi suo querelas exponens frustratam se crederet, atq; ferente Zelo res suas perditas iudicans, tranquillitatem publicam, bonumq; ordinem retardaret. Hoc quod de Communitate nunc sentio de Magistratu, Divina Providentia semper viros in Magistratibus collocat ut aliis praesint, et sciant praesens Civitas Sedanensis faecunda Mater praesentatorum Virorum egregios semper rerum gerendarum habuit moderatores, et licet ii plerosq; modesti anteire faciat, non ita tamen obumbrat, ut necesse mihi non sit fateri praesentem aetatem haud dissimilem aliis esse. Cum Viris ergo prudentibus vemago, et facile ad exactas in Literis Dominationum Vestrarum condescenderem rationes, si Judiciis Personam gerens non dicerem semper, et ab adverso expectare me debere rationes. Dominationes Vestrae a me expetunt, ut ipsis demonstrem viam qua possit patriam ex fluctibus emergi. Ego autem ante omnia expetoa Dominationibus Vestris ut clarius mihi confiteantur. Laudo Praenobilium et spectabilium Dominationum Vestrarum subiectissimum erga Regem Animum, qualem decet fideles subditos, sed ita velint vogo moderare omnia, ut Serenissimus Rex Dominus non inveniat recalcitrantis contra voluntatem suam mentis vestigia. Facta est Ordinatio demandetur executioni et quidem promptae; quod si adhuc aliqua de esse formalitas, a tam optimo Principe Patriae simul Patre expectanda semper medela. Quod superest omnia prospera Isidem apprecans animitus permaneo &c

Libera a Pra-

Nobili Magistratu Sedanensi ad Illustrissimum Supremum Regni Cancellarium in Negotio Ordinationis. Sedano die 19e Aprilis 1751e Anno Scriptae.

Illustrissime &c.

Illustrissimae Excellentiae Vestrae responsum ad Nostras die Praesentis Mensis Sexta, Nobis redditum est. Veneramur submissa gratiarum actione singularem Comitatem et humanitatem, quo illud exuberat, ac honorificentissimum de Nobis Judicium, quo Maioribus Nostris aequamur, quos aemulari Nobis satis est, ut cum aliis Virtutibus; factisq; egregiis longe inferiores simus, fide, Vigilantia, labore, Jurium servandorum studio illis pares evadamus, ac ab iis parta tuemur, et ad Successores Nostros integra et illibata transmittamus. Eorundem Maiorum exemplum Nos docuit, rebus Civitatis per intestinam discordiam turbatis et afflictis, ad Excellentissimos Dominos Regni Cancellarios, tanquam ad certum et firmum praesidium confugere, ne tertius Ordo, quo cum Nobis Controversia, per suum Dresdam ad Aulam Regiam missum Mandatarium Nobilem Wernick Scabinum, absentes libere meusando innocentiam Nostram aliis Patronis Defensoribusq; destitutam criminationibus obrueret, et importune urgendo efficeret, ut non auditi rei perageremur damnaremurq;. Sed praevaluerunt hobis Wernick, quas ignoramus, rationes, ut reditis quamvis die 12. februarii Reverendissimo Domino Regni Pro Cancellario literis Nostris, die Eiusdem Mensis vigesima Regium Rescriptum se gueretur, quo non communicatis Nobiscum quorum accusati, et Causa a Nobis non dicta, nocentes declaramur, cuiusq; exemplum praesentibus adiungimus. Exulcerat dolorem Nostrum, quod sub augustissimo Regis Nomine Non nulla memorantur, quae reus, ac memorantur se habere, Illustrissimae Excellentiae Vestrae cognitum perspectumq; est. Non fuit ante publicationem eum Nostris Delegatis communicata ordinatio, sed anteguam sirent, compositam esse die 17. Julii Excellentissimus Dominus Supremus Regni Mareschalcus, cum Sacra Regia Maiestate die 20e ad esse iussit, haec enim dies erat constituta ut Delegati audiendam Ordinationem Regiam; a se nondum visam, adierunt Illustrissimam Excellentiam Vestram observaturi, ne Publicatio ante communicationem festinaretur. Verum precibus his irritis voluit Illustrissima Excellentissima Vestra, ut ordinatio post publicationem a Delegatis Nostro Nomine recuperetur; quod cum a se haud

fieri posse, iterum iterumq asseverarent, ad ignorantiam eorum, quæ Ordinatio contineret, et ad fidem quam Nobis deberent provocantes, annuit Illustrissima Excellentia Vestra formulæ a Delegatis propositæ et his verbis concæptæ: Sacræ Regiæ Majestatis Domini Nostri Clementissimi Ordinationes, quarum lectionem audivimus ad Magistratum consularem deferemus, eiq declarabimus esse Sacræ Regiæ Majestatis veram et firmam voluntatem, ut eædem serventur, et in executionem deducantur; Quæ formulæ sermone proposita, deinde literis descripta Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ, ac Excellentissimo Domino Supremo Regni Mareschalco exhibita, probata, et publice coram Sacra Regia Majestate, Ordinationis lectione peracta, voce Nostri Syndici repetita fuit. Quare etiam communicatam Ordinationem a Delegatis Nostris uno Omnium labio, uti justissimam, eo Laudandi Cœpia non erat, cum ante promulgationem ordinatio eum Jobis non communicaretur. Silentio transimus Ordinationem in Conventione extraordinaria Varsaviensi die 20 Julii Anno 1750e præsentibus copiisq approbantibus Regni Ordinibus publicatam esse, quæ Conventio Generalis demum die 4e Augusti tertia post Ordinationis publicationem hebdomade incipiebat, et antequam Ordines Senatorius et equestris iungi poterant, Mareschalco non electo, rumpebatur. Jam in nos omnis culpæ Ordinationis ad executionem nondum deductæ conijcitur, in Nos, qui tertio Ordini executionem ad Nauseam fere commendavimus, qui, ut etiam exemplo præiremus, Vigesima tertia Decembris ad executionem ex Nostro Ordine Deputatos nominavimus qui iam decima Sexta Octobris ad executionem 21e Articulorum promptos Nos obtulimus, si reliqui Ordines consentirent; qui 2. Obris alios viginti tres in executionem adjecimus, horumq Numerum auximus, ut pauci, si cum superioribus conferantur, supersint, de quorum executione cum Ordinibus deliberandum, ne res propositere agat, ne præcipiti citq executio, antequam plane constet, eundem esse de omnibus Ordinationis Articulis, Omnium Ordinum Sensum, eandem de executione et executionis modo mentem. Contra Tertius Ordo, qui ipse antea Ordinationis executionem voluerat, Mense Novembri, nescimus quo Authore a impulsore, Concordiæ certi inimicissimo a Nobis exigere cæpit, ut Ordinationem in Omnibus punctis et ad literam reciperemus, ac de eo Decretum Omnium Ordinum Nomine promulgaremus, timul intercessit, quo minus Ordinationis capita seu Articuli, de quibus in executionem ad Ordines retuleramus, executioni mandarentur, postea a cœpit, minis etiam additis, ut Generali Decreto, seu Conclusо, sine prævia speciali singulorum Articulorum discussione promulgaretur, Ordinationem plene receptam, tanquam perpetuam Legem executioni mandatum iri, quo facto suis Delegatis se imperaturum promisit, qua ratione executio ad Regiam Mentem peragi queat. Nos qui in Civitatis leges, non in Unius Ordinis verba iuravimus, ut ad formulas, quas cunq dictaret, adstringeremur ab ipsa Ordinatione, qua, non recipi illam per expressum Ordinum Decretum, sed servari, et executioni mandari præcipitur, haud Nobis deflectendum esse rati, Tertium Ordinem ad ipsam illam executionem revocare frustra laboravimus, et cum non alia ad Consensionem via super esse videretur, Ordinationem salvis Civitatis Juribus per Decretum recepimq, quam Clausulam Tertius Ordo non Admittens, Ordinationem simpliciter recipi, eiusq tanquam Legis Pragmaticæ executionem postulavit. Non opposuimus istam Clausulam Ordinationi, ut veluti ipsi adversa executionem impediret, sed iunximus tanquam Comitem, quæ una incederet, in quo ipsius Ordinationis Authoritatem secuti in cuius ingressu Declarationes et Ordinationes Dresdenses ex quibus Varsaviensis Ordinatio orta in fundamento rerum indicatarum, concordatorum ac aliorum Civitatis privilegiorum iuriumq datæ dicuntur et in fine Ordinationis eam, in ribus Privilegiis, et antiquis consuetudinibus Civitatis non contrariam, potius illis conformem et consentaneam legimq. Neq Cives habent, quod sibi suisq ve rebus ex hac clausula metuant, quibus non debent iura Civitatis ita suspecta esse, ut sola eorum Appellatio timorem incutiat, potius præmonentur Cives per Ordinationem iura manuta integra, quibus uti salvis, Cives eorumq res salve esse et florere nequeunt. Accedit quod eandem Clausulam etiam ideo adhibuimus, ut mature iis occurreretur, qui ea ex Ordinatione, quæ sibi utilia viderentur, executuri, alia in aliud tempus resecturi, aut Auctoritatis Nostræ, Civitatisq Jurium diminutionem interpretaturi essent. Nobis, postquam Ordinatio semel simpliciter et instar Legis Pragmaticæ recepta ad perpetuum silentium redacta et parendi necessitate imposita, cuius rei manifesta indicia jam habemus. Fatemur, octo mensium spatium

inter Contentiones sine Ordinationis executione transiisse, nulla tamen Nostra culpa, qui rogando, monendo, obtestando pro executione laboravimus, quiq ad executionem plerumq Capitum, seu Articulorum, sine mora promptos Nos obtulimus, et quo pauci illi, qui supererant, trutinarentur, ad placidum liberumq Collegium sæpius invitavimus, sed Tertius Ordo vetitit, et aliud atq aliud postulando, omnia infecta maliuo, quam sentim, caute, provide consulto agendo totum opus perficere. De quo ad recessu Ordinum ut vocantur, tanquam testes omni exceptione Maiores, imo ad tertii Ordinis Conscientiam fidenter provocamus. Sed ipsum Rescriptum Regium non nullos Nostri Ordinis culpa executionis nondum peractæ absolvit, et eam in certas Personas conferet, obsequii et amoris erga Patrem et Principem oblitas quæ contra stimulum reverentis obedientiæ calcitraverint, executionemq Ordinationis perperam et seditiose impediverint, atq pertinaci suo Consilio fructus Regios fructu boni operis, Tertium Ordinem Civitatem Universam desiderata pace, quiete, et Omnibus, quæ inde profluunt, bonis maxime fraudaverint, privarintq. At sanctecetiam Deo Teste invocato Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ confirmare possumus, nihil inter Nos contra Obsequium et reverentiam, ad quam Regi Domino Nostro Clementissimo obtrectari fieri, nihil perperam et seditiose; sed omnia recte, honeste et decenter. Nulla hic, quæ semper inter malos est, factio, imo nec factionis quidem vestigium. Omnes ad Legum, æquitatis et publicæ salutis Normam censent, a quibus non Omnium una Sententia, ut sæpe fieri solet, quando multi libere consultant, plurimorum Sententia vincit. Consilia pertinacia ignoramus, in id intenti, quod Deo, Regi Reipublicæ Polonæ, Provinciæ Prussiæ, Civitati, Civibus debemus, parati adversus detractores, qui Nos etiam incusant, Judicialem cognitionem, eamq severam subire. Tanta in Conscientia Nostra, tanta in pietate, et Justitia Sacræ Regiæ Majestatis fiducia est. Potuissemus hæc et alia Sacræ Regiæ Majestati Domino Nostro Clementissimo adversus rescriptum humillime exponere, et informationis Jure uti, sed maluimus tantisper acerbitati inimicorum cedere, qm defensione licet justa, minus tamen opportuna, Clementissimo Principi molesti esse. Detulimus Rescriptum, quale Nobis exhibitum ad reliquos Ordines, et dum detulimus, non omisimus Tertium Ordinem rogare, ut tandem ad executionem accederet, Rescripto Regio etiam pro Nobis usi, quod Ordinationem non simpliciter, non ad literam, non ut legem perpetuam aut Pragmaticam recipi ubet, quod tamen Tertius Ordo postulavit aliquoties et postulat ad huc, ac in eo a Rescripto Regio dissentit. Iteravimus preces pro executione, neq imposterum in hoc Negotio cessabimus, donec perficiemus, si modo per Adversantes renitentesq perfici potuerit. Cæteris munia Nostra obibimus gnavi et indefessi, Cives omnes amore, ut consuevimus, complectemur, et nullum Officiorum genus in Nobis desiderari patiemur, spe certa, etiam eos, quorum animus in Nos est obstinatior, ubi viderint, Nos in Reipublicæ studio pertare, et in injurias sive patienter, Nobis aliquando conciliatum iri. Quod ut eo facilius citiusq fiat, malum enim Civitatis visceribus inhærens, moram longiorem non patiatur Illustrissimam Excellentiam Vestram demisse oramus, et obsecramus, velit pro sua in Urbem hanc benignitate, morbo, quo conflictamur, pertinaci quidem, nondum tamen insuperabili, præsentem salutaremq afferre medicinam, Sacræ Regiæ Majestatis Clementissimum Animum Patrocinio suo Nobis parare, et Tertium Ordinem, si forte occasio tulerit, et querelæ eius Nomine deferrentur, monere, ut posita falsa, qui nimis ingulgere videtur, suspitione, potito odio et acerbitate, placabiliorem se Nobis præbeat, et bona fide, in unius Patriæ commodum, nobiscum Consilia de Ordinationis executione conferat, et perficiat. Nos qui in Illustrissima Excellentia Vestra veteros illos Cancellarios, quorum Consiliis et Authoritate Urbs hæc steit et floruit, colimus et observamus, novum hoc in totam Civitatem benignitatis documentum in clementis Nostris posteritati commendabimus, ut eam parem gratiam reddere haud valeamus, illa mortalis beneficii memoriam servet, et nunquam intercidere, et oblivione deleri sinat. Interea in præcipuis Votis habemus, Deus Illustrissimam Excellentiam Vestram, quam diutissime superstitem esse, et rebus omnibus, quæ Vitam reddunt beatissimam florere jubeat. Valeantur ut supra.

Litera Intercessionales ad Illustri Gubernio

Ducatus Livonica ad Illustrissimum Supremum Regni Cancellarium pro Petro Moller Cive et Mercatore Regensi, in Urce Rigensi die 16e Aprilis 1751.

Illustris Generosissime atq; Excellentissime &c.

Ad Illustre hocce Sacræ Cæsareæ Majestatis totius Russiæ à Generale Gubernium Eiusdemq; in hoc Ducatu Livonio Supremum Regimen Constitutum, Civis et Mercator hujus Urbis Rigensis Petrus Moller supplicibus precibus detulit ad fratrem suum ex Compriviguis, Joannem Christophorum Boïer et Civem Gedanensem de Summa 700 Thelerorum albertinorum, per obligationes hypothecarias contracta, coram Magistratu Gedanensi tanquam in foro Domicilii in Judicium vocaverit. Causa hæc a Fratre eius modo commemorato, postquam eam per aliquot Annos protelaverat, porro executionem de reconventione quærens à Magistratu Gedanensi repulsam tulerat ad Illustrissimum Judicium Assessoriale quod Varsaviæ est, per Appellationem sit devoluta, qua propter imitio nominatus Moller supplicibus precibus rogavit, velimus apud Vestram Excellentiam pro illo tanquam Sacræ Cæsareæ Majestatis subdito, et hujus Urbis Regensis Cive intercedere, quo citius promptissima Justitiæ administratione perfruatur: Cum itaq; justis hisce precibus omnino annuendum esse arbitraremur, has Literas Intercessionales ad Vestram Excellentiam hisce obnixe et amice rogamus, obsecramus, ut supplicanti Petro Moller propensum animum præbere, Causamq; ejus inquantum jure et æquitate nitatur, ea qua pollet Authoritate, in Judicio Assessoriali Regio, subrema, propediem terminare dignetur, qm benevolentiam in pariali casu officioso quo cunq; vehementi diligenter et amice studebimus promereri, hisce Vestram Excellentiam Divinæ Protectioni commendantes. Datum ut supra. Sacræ Cæsareæ Majestatis Generalis Campi Mareschalcus, Ducatus Livoniæ Gubernator Generalis. S. R. I. Comes nec non Ordinum S. Andreæ Aquilæ Albæ et St. Alexandri Nievski Eques ut et Regiminis Ducatus Livoniæ Supremi Consiliarius. Joannes Christophorus L. B. de Lapenhausen. Bernardus Theodorus Hausdorff S. S. Secretarius.

Responsum ad præcedentes Eiusdem Illustri Ducatus Livoniæ Gubernio ab Illustrissimo Supremo Regni Cancellario, konskiis die 14e Junii 1751o datum.

Illustrissime et Excellentissime &c.

Pervenerunt ad me Regalitoriales Excellentiæ Vestræ sub data diei 16e Aprilis cum relatione supplicum quas Petrus Moller Civis et Mercator Rigensis, ad Illustre Ducatus Livoniæ Gubernium, et supremum Regimen detulit, quatenus Ope Commendatitiarum literarum promptiorem à Me Causæ suæ expeditionem, contra Civem Gedanensem Boïer in Judiciis Sacræ Regiæ Majestatis Assessorialibus obtineret; Quod in summa sint apud me existimatione et Consideratione Illustris Regiminis Instantiæ, ac omni qua cunq; occasione contestabor, hanc libentissime arripio, quam Excellentia Vestra mihi præbet, et quantum fieri poterit dicti Civis Moller Causæ Compositionem accelerabo, ut pro definitivam Sententiam terminetur, inquantum eiusdem Causæ merita postulabunt, summopere cupiens Excellentiam Vestram persuasam esse de omni me Studio et Officiis erga Eandem, cui Omnia fausta et prospera a Deo Optimo Maximo constanter apprecor. Datum ut supra.

Litera ab Eodem Illustrissimo Supremo Regni Cancellario ad Magnificos et Generosos Supremos Ducatuum Curlandiæ et Semigalliæ Consiliarios, quatenus Generosus Ulricus Wilhelmus a Hempel Officio protho Secretariatus Judicii aulici Ducatuum adjungi possit Konskiis die et Anno eodem scripta.

Magnifici et Generosi &c.

Ea Hominum, qui a Natura Singulares habuerunt Animi, ingenii dotes, spes et solatium est, ut iis operam et tempus impenderint, in iisdem colendis et augendis Scientiarum verumq; Romanarum notitia pro Reipublicæ Utilitate, tandem laborum suorum virtutisq; præmium consequantur; Talem se præstat Generosus Ulricus Wilhelmus a Hempel, qui mentem suam variis Studiis Loquelis et Jurium peritia ditavit, ita ut sortis ff.

paritatem virtus suppleverit, felicitate, quod modico contentus sit. quarit enim utgua Nobilis Indigena adjungi possit officio proto Secretariatus Judicii Aulici Ducatuum Curlandiæ et Semigalliæ. quo Generosus Zentarowius fungitur, ita, ut vivente hoc emerito Viro senio Confecto, Generosus de Stempel munus hoc absq; pensione ad impleat; et in officium et pensionem eiusdem post illius obitum succedat, ea Magnificarum Dominationum Vestrarum benevola Concessione, de qua Easdem summopere rogo et obsecro, non dubitans non effecturas, cum ex promotione præclarorum et honestorum Virorum rem utilem Patriæ gerant, laudem consequantur, atq; Nobilitatis amorem sibi conciliant. Mihi insuper, rem gratissimam facient, Cui is nunquam immemor futurus sum, Cuiq me ad modum obstrictum omnibus meis quando eunq conteslabor.

Libera a Magistratu Thorunensi ac Illustrissimum Supremum Regni Cancellarium, quibus exponunt quantas illegitimas extorsiones a Generoso Sokolowski Commissario Thesauri, per impositum Theloneum aquaticum exolvere tenentur. Thoruhio die 9e Maii 1751e Scripta.

Illustrissime &c.

Quo certior animos Nostros subierat spes, ad tot favorabiles atq tum Legibus Regnitum notoriæ harum Terrarum Immunitati superstructas remonstrationes Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ, aliorumq Principum in Republica Virorum illegalem illam exactionem, quæ a Navibus Civium Nostrorum Jordanino per exigi capta est, in herba oppressum eoq ipso a Juribus harum Terrarum communibus, summum præjudicium, ab hac vero Civitate enorme damnum, ultimamq ruinam feliciter aversum iri eo magis obstupuimus his omnibus Horrendi pensis contra expressum Legum Publicarum tum Privilegiorum Nostrorum, cum quibus ad Regnum accessimus tenorem, apertamq jam Jaderum cum exteris initorum, quam etiam ultimorum Pactorum Conventorum, commercia Prussiæ præsertim intuitu Cameræ Jordanensis usque quaq libera et immuni declarantium Convulsionem, illegitimas illas extorsiones Magnifici Sokolowski Commissarii Thesauri jussu, paulisper citatas, vel potius creditas, summia jam violentia continuari, ita ut in flumine libero, et non minus ad Prussiam, quam Poloniam spectanti, nec prius dimittantur, quam privata authoritate, inauditoq exemplo impositum Theloneum aquaticum plene exoluerint. Cum itaq res ad extremam jam pernicijem Nostram deducta sit, jugulumq Nostrum aperte jam videamus, hinc denuo ad Illustrissimam Excellentiam Vestram, ceu Jurium Privilegiorumq Nostrorum Custodem, profundo Venerationis Cultu convertimur flagrantissime vogantes, dignetur Eadem hanc nulla specie Juris, sed privata Authoritate oppressam ultimaq ruine prodimam Civitatem sublimi sua, ope Consilioq juvare, atq tam apud Serenissimum Regem Dominum Nostrum Clementissimum, quamubi cunqvæ id afflictis Nostris rebus prodesse poterit, efficacissime cooperari, ultim munitatibus Nostris suum pretium Publicis Regni Legibus antiquus vigor, Jaderibus cum exteris necessaria Observantia, deniq Verbo Regio solenni firmato Juramento infaminatus suus honos, constet, et a quovis habeatur, consequenter abolitis illis præjudicijssimis attentatis, libertate Majorum sanguine parta, tranquille uti queamus. Ingvo Illustrissimam Excellentiam Vestram demerendis Hominibus, genitam, Nostrisq amantissimam, miseris justissimisq Nostris precibus, non defuturam, sic ubi certissime confidimus, ita tantum tamq eximium intemerate in Nos benevolentiæ documentum gratissimo pectore recolemus, nullog non obsequiorum Nostrorum genere demereri adnitemur. Qui devoto post iterato subnexam Observantissimam Jurium Privilegiorumq Nostrorum commendationem Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ in oblatium Nostrum incuncussam valetudinem, omniaq faustissima ardentissime apprecamur, devoto pectore profundoq Cultu manentes. Dabantur ut Supra.

Copia Literarum a Praenobili Magistratu Gedanensis ad Sacram Regiam Majestatem in Negotio ablegationis ad Thronum Deputatorum e medio sui. Die 9e Mensis Julii 1751e anno Scriptarum.

Serenissime &c.

Sacræ Regiæ Maiestatis Vestræ Domini Nostri Clementissimi Mandato quod in Rescripto die 23. Mensis Junii Dresdæ ad Nos emanato 30æ eiusdem Mensis Nobis proposito continetur promptissima æque atq; subiectissima obedientia, prout devotissimos, ac obsequii, quod Regi optimo Patriæq; Patri indulgentissimo debent, memores subditos decet, morem gerentes, ablegamus è medio Nostri, quo Sacra Regia Regia Maiestas Vestra ad Thronum suum deputari voluit, Nobiles Joannem Wahl, Præ Consulem Christianum Gabrielem de Schroeder, et Ludovicum Godofredum Jansen, Consules Collegas Nostros Dilectissimos, ea quæ Rescripto Regio mandantur, Nostro Nomine peracturos. Proinde Sacræ Regiæ Maiestati Vestræ Domino Nostro Clementissimo, qua par est pietate, supplicamus, dignetur Deputatis hisce devotionis Nostræ subiectissimæ interpretibus, in omnibus, quæ pro documento Innocentiæ Nostræ, integerq; erga Sacram Regiam Maiestatem Vestram Dominum Nostrum Clementissimum fidei, exponent, plenariam habere fidem, ac de Clero et Deputatos, et Nos, ac Universam Civitatem Gratiæ Suæ Regiæ, Clementiæq; Paternæ, qua Nihil Nobis prius est, Nihil antiquius habere, commendatissimos, qui quod super ut. D. I. O. M. indefessis precamur suspiriis, ut Sacræ Regiæ Maiestati Vestræ Regias æque atq; Paternas pro Salutes Publica, et pro tranquillitate Civitatis huius Curas successu coronet felicissimo, ac Sacræ Regiæ Maiestati Vestræ, Domino Nostro Clementissimo vitam contingere iubeat, qvam humana sors patitur longissimam, exoptatissimis Divinarum Benedictionum, augustissimisq; Regiarum Fortunarum incrementis, cumulatissimam, hoc est talem, qualem Votis Nostris a Summo Numine expetere tam parum unquam cessabimus quam parum unquam ea devotissima fide, qua Sacræ Regiæ Maiestati Vestræ Domino Nostro Clementissimo obstringimur, aut deficiemus, aut unquam defuturi sumus. Dabantur Dedani. Die ut supra.

Litera ad Sacram Regiam Maiestatem a Nobili Boemin respectu Spectabilis Vierhuff. Notarii, Gedano die 23ª Julii 1751ª scripta.

Serenissime &c.

Deluctat Nobilis huius Civitatis Magistratus ad me Jacobum, Vierhuff Regium Notarium, quod Copiam Decreti inter Pistores strictioris et solutioris panis Fastbecker et Losbecker a Divo Rege Joanne IIIº die quinta Junii Anno 1683. lati et die 25ª Augusti eiusdem Anni Magistratui exhibiti, pro Sacræ Regiæ Maiestatis Vestræ Confirmatione 8ª. Nona Maii 1750ª. ab Ipso vidimatam corrupserit aliis vocabulis, quæ in Originali leguntur, omissis aliis, quæ non leguntur inseritis, rogans, ut in hominis facinus inquirerem, et nocenti pœnam, quam meruit irrogarem. Causam coram me dicere iussus, exhibuit protocollum suum, in quo Decretum Originale, describebatur, quod cum non discreparet a Copia Anno 1683. Magistratui oblata, et tamen inficiari non posset, Copiam a Sacra Regia Maiestate Vestra die 9. Septembris Anno 1750ª confirmatam discrepare, ignorantiam suam causatus quasi nesciret, quavatione diversitas illa accidisset. In hoc tamen negligentiam diffiteri non sustinuit, quod confirmatum Decretum cum suo Protocollo non contulerit, verum prout illud ex Cancellaria Regni maiore sibi redditum, bona fide, ita ipse suam vocat negligentiam, descripserit ac Magistratui exhibuerit. Sed ut hæc negligentia culpa non vacat, et inde animadversione digna est, sic potuit homo ille, cuius jam in aliis fides vacillavit, Originale Decretum in Protocollo suo recte describere, et Copiam ni non erullis emulatam, pro Cancellaria Regni vidimare, ut sive falsarius, sive Negligens fuerit pœnali Crimine absolvi nequeat. Quia vero Decretum Divi Regis Joannis IIIª 1678. sanxit, ut si Notarius contra Juramentum suum quidquam egerit, per Burgrabium puniatur, Officioq; privetur, præmissa tamen ad Sacram Regiam Maiestatem Informatione, et in novissima Sacræ Regiæ Maiestatis Vestræ die 20ª Julii Anni superioris 1750ª Varsaviæ publicata Ordinatione Notarios, et iambi Criminis rei fuerint, a Burgrabio missi prævia ad Sacram Regiam Maiestatem informatione, puniri prohibetur. Proinde Sacram Regiam Maiestatem Vestram de Notarii Jacobi Vierhuff facinore, et quam Lex dicret, pœna humillime informare muneris minimum ratio, ut quam primum de Clementissima Sacræ Regiæ Maiestatis Vestræ voluntate constituirit, Notarius Jacobus Vierhuff, panam quam sua Culpa contraxit persolvat. Sacræ Regiæ Maiestatis Vestræ Domini Mei Clementissimi humillimus et fidelissimus subditus M.a Boemhuff

Informatio ratione Spectabilis Notarii Vierhuff.

Spectabilis Notarius Vierhuff non negat, quod ad requisitionem Contuberrnii Pistorum solutionis hanis die 9e Maii 1750e Decretum Divi Regis Joannis IIIti de Anno 1683. pro parte dicti Contuberrnii latum actis suis Notarialibus ingrossaverit, et in Copia vidimata in de extradiderit. Quod id omnino fideliter et pro Munere suo sine ulla falsificatione fecerit, probabit dicta Copia vidimata quæ Cancellariæ majori pro optinenda confirmatione Regia, oblata fuit, et sine dubio in Cancellaria Regni Majore observabitur, cuius productio absolute necessaria est, si præfatus Notarius falsificationis non accusari solum, sed et convinci debet. Ulterius Spectabilis Notarius Vierhuff fatetur, quod ad itoratam dicti Contuberrnii requisitionem, confirmationem Regiam Varsaviæ expeditam et obtentam iterum per Copiam vidimatam extradiderit, dieq 21e Junii a. c. Præ nobili Magistratui insinuaverit: In qua Confirmatione Regia, licet quam addita sint, quæ in prima Copia vidimata non reperiebantur, nonpoterat sane Spectabilis Notarius Vierhuff aliam Copiam extradere, quam Originale ipsum Confirmationis Regiæ sonabat. Unde autem ista variatio orta sit, id equidem Spectabilis Vierhuff plane ignorat, certus, neq in sua prima Copia aliud quid continui, quam quod in Decreto ipso scriptum est, neq etiam in Secunda Copia, aliud invenire, quam quid in Confirmatione extat, ut adeo Illi nulla Culpa imputari queat; Id quod etiam per Productionem Originalis Protocolli sui, in quo scripta Copia cum Originali concordat, coram Sæpe Nobili Domino Burgrabio Regio factam luculenter demonstravit. Ipse autem Senior Contuberrnii Pistorum Joannes Georgius Tierlinus coram duobus Secretariis Penski et Weickhmann, nec non Cancellariste Krugio libere fassus est, additamenta ista Varsaviæ ad Supplicationem Nobilis Albrechtiisse inserta. Quo jure igitur falsificationis alicuius incusari, ne dicam convinci, possit, plane non apparet. Præsumptiones enim non sufficiunt, maxime tales præsumptiones, quæ inter levissimas et remotas merito referuntur, Probatione hic opus est, et quidem, quia de delicto quæstio est tali, quæ luce meridiana clarior esse debet. Hæc autem aliter fieri non potest, quam ipsius transumpti productione, aut alia æque possente demonstratione. Supplicatorgo Spectabilis Notarius Vierhuff, contra quem Magistratus occasione protestationum, in favorem Tertii Ordinis pro Munere Notariatus susceptarum, odio aliquo præventus videtur, ut ab hac falsa imputatione plenarie absolvatur.

Litera a Magistratu Sedanensi ad Sacram Regiam Majestatem in Negotio Contuberrnii Pannorum Sedani die 30e Mensis Julii 1751e scripta.

Serenissime &c.

Contuberrnium Panni Præparatorum habet id cum aliis Contuberrniis commune, ut malit quod sibi commodum, quam quod justum legitimumq sectari. Cæcum hoc cuius cunq sive liciti, sive illiciti lucri studium, jam olim induxit, ut usurpata Magistratus potestate, Ordinationem a Magistratu acceptam, a qua solo cum Vetustioris Juris, tum tractus Portorii authoritate, Contuberrnia Officium, cæteraq Collegia sua statuta ex Civitatis rationibus, et communi utilitate accipere debent, Novis Articulis, non ex Civitatis rationibus et communi Utilitate, augerent, et hoc modo auctam Divo Joanni IIIo Anno 1677e in Confirmationem offerre non verentur: quæ die quarta Septembris dicti Anni impetrata, non omisit Magistratus statim ac ipsi esset exhibita, Divum Regem humillime informare, novis panni Præparatorum Articulis, quibus præter alia facultatem suos a se præparatos pannos, tam exteris quam Civitatis Incolis vendendi sibi vendicant, et panno colore tinctos et præparatas ex silesia, Anglia et quocunq loco alio advehendos, ducentorum aureorum pœna arcent, libertatem commerciorum, in Civitatis insigne damnum, minui, et intra angustiores terminos, quam Civitatis rationes ferunt, coerceri, simul subjectissime orare, ne novi Articuli, Juri, Consuetudini, et Mercaturæ adversantes, Legis Authoritatem nanciscerentur, sed ut tanquam iniqui et noxii, non usu obliterarentur. Annuit humillimis Magistratus precibus Divus Rex, et Contuberrnium pannis Præparatorum sua Commoda extra antiquam Ordinationem proferre haud sustinuit. Nihilominus quasi omnes Articulis, veteres et novi, quorum confirmationem a Divo Rege Joanne IIIo obreptitie impetraverat usu vigerent. ff

supplicavit Sacræ Regiæ Maiestati Vestræ dictum Contubernium, ut confirmaretur iterum, Confirmationemq̃ ex Cancellaria Regni Maiore reportatam die 12. Julii præsentis 1751e per Regium Notarium Nobis exhiberi curavit. Recipimus illam, ea quæ augustissimo Sacræ Regiæ Maiestatis Vestræ Nomini debetur reverentia, et nunc easdem, quibus usi decessores Nostri, rationes, pro Officii religione, Maiestatem repetimus, hac plane fiducia Sacram Regiam Maiestatem Vestram, ad Exemplum divi Joannis IIIi subjectissimas non minus, quam justissimas preces Nostras clementissime admissuram esse, ne quid novi panni Præparatares sibi arrogent, audeantq; verum ut intra Orbitam veteris a Magistratu concessæ Ordinationis, Opificium suum, sine aliorum Civium, præsertim Mercatorum, damno, et injuria exerceant. Quod religiosum est, Sacræ Regiæ Maiestatis Vestræ Clementiæ, post ardentissima, pro Ejus Salute et incolumitate, vota, Nos universamq̃ Civitatem subjectissime commendamus. Dabantur ut supra.

Copia literarum ad Præ Nobilem Magistratum Sedanensem, ab Illustrissimo Supremo Regni Cancellario, quibus suadet, quatenus velint Negotium Executionis Ordinationis quam citius perficere die 6e Augusti 1751e Dresdæ scriptarum.

Præ Nobiles &c.

Circa adventum ad Aulam Regiam Præ Nobilis Domini Wahl Præ Consulis, tum Præ Nobilium Schroeder et Tantzer Consulum credebam certe Publicæ felicitati salutem dicere posse, ex qua Personarum consumata prudentia non vanam tranquillitatis Civitatis Sedanensis spem erigebat, est nunc post tot discursus et ratiocinia eum tantum effluxerit temporis sine Conclusione, neq̃ Præ Nobilem Dominum Wahl Præ Consulem, et præ Nobiles Schroder Jassen Consules, munitos esse tali a Præ Nobilibus Dominationibq Vestris Instructione, qua orbatus verum eventus finem assequi possit. Prompta in his arduis remedia, non adesse existimari, ardet tamen dissensionibus Civitas; succurendum ergo illi, quis vero mente succursum revolvet; Si Patres Conscripti eruptura semper gravius cum tempore flammam, non desabunt, vel ad hue dent veniam dictis: si obstacula succursui ponent. Non est mihi dubitandum de rectitudine Consientiarum Dominationum Vestrarum, fugere tantummodo mihi liceat, Dominos Vestras Orbi misisse viam ad reducendam tranquillitatem in Civitate, qua itus in præceps; Nonne tantum temporis inaniter effluxit, quo Dominationes Vestræ, querelas Tertii Ordinis Domi placere potuissent. Tandem Serenissimus Rex fatigatus supplicibus libellis Tertii Ordinis, Ordinatione Varsaviæ Confecta compescuit commotos Populi Sedanensis Animos, et revocando Magistratui in Memoriam Sigismundi, Joannis, aliorq̃ Regum Prædecessorum Suorum Sancita, executionem demandavit, et ex occurrentia temporis sua adjecit mandata. Adverant ex Magistratu Deputati, et ne Tertius Ordo Protectione Regia fluctus, pluva sibi deberi existimaret, extant documenta nonsine scitu a Præ Nobili Magistratu Deputatorum Mandata in Ordinatione Regia expressa, emanasse. Post tanta felicitatis redivivæ in Civitate Sedanensi Auguria, quis crederet unius Anni spatium effluxisse in solis dilationibus, quibus Tertius Ordo lassus, fructum se a Magistratu credens; Regi Dominoq̃ suo res suas deperditas exposuit ad tot redavdationes non effluxit ad hue Princeps, sed Clementiam præponens aliis rationibus, voluit a Deputatis a Magistratu illustrari, quæ rationes executionem Ordinationis retavdarent; Advenientes hue Iterdam Præ Nobiles Dominos Wahl Præ Consulem; Schroder et Jassen Consules, Nos Cancellarii Nuntios Tranquillitatis Publicæ salutavimus; Petita Illorum omnia cum summa patientia connotavimus, qua de Causa Sancita Regis nondum ad executionem deducta sunt, rationes in scripto porrectas perlegimus; Cum vero meta non alia fuit Nostra, nisi ut ordinatio Regis vasa via facta ad executionem deducatur, postulavimus ut Domini a Magistratu Deputati Nos certos faciant, de prompta executione Sanctorum Regis, sed quoniam non esse ulla Instructione munitos a Collegio suo, responderunt, utali quid illorum promittere possint; Illusos Nos itaq̃ esse facile credidimus.

Elegiæ quod punctum Secundum subtitulo modus et ratio eligendi Mercatores: Conveverebantur Domini Deputati, quod per præsentationem quatuor Personarum ex Mercatoribus ad vacantem in Scabinatu locum libertas Electionis Magistratui semel concessa restringitur, ad solvendum hoc Argumentum oppositum a Nobis est Serenissimum Regem processisse in Hoc punctu, non ad tollendam libertatem Electionis quæ per hoc non tollitur, sed ad securitatem maiorem Mercatorum, ex quolibet Divi Joannis IIIti. Decretum Omnino Tertiam partem tam in Magistratu quam Scabinatu per Personas ex Mercatoribus ad implendam voluit. Nihilominus a tempore tam longo non observatum: et ista negligentia Magistratus in executione Decreti Joannis IIIti occasionem Serenissimo Regi dedit, ut ad Scabinatum quatuor Tertius Ordo præsentet, ex quibus unus eligatur, per Magistratum. Prout igitur Divus Joannes IIIus pro Commodo Civitatis solis Commerciis florentis Tertiam partem ex Mercatoribus tam Magistratui, quam Scabinatui imposuit, Serenissimus quoq; Augustus, feliciter Nobis regnans ob eandem rationem hanc Clausulam circa modum Electionis tempore Vacantiæ in Scabinatu apposuit. Sint ergo persuasæ Dominationes Vestræ in hoc puncto ratione præsentandorum quatuor ex Mercatoribus ad Scabinatum, non audere Nos Cancellarios Serenissimo Regi petita Dominationum Vestrarum deferre; Immotus Princeps non sua quærens Commoda, sed Civitatis vult obediri. Nunc Domines Vestræ velint quam citius Negotium executionis Ordinationis respicere, Personæ a Magistratu delectæ hic nunc commorantes sunt dignissima quibus facile res suas committere possunt, ut quo citius adoptatum per ducantur finem. Non est Mens Principis, ut Authoritas Magistratum vacillet, non vult commoto Populo laxare habenas, sed solum Legum observantiam unionis frena injicere intendit. Ad moderationem ergo præparate animos Vestros, non ad excitanda Difficultates, ne illis Civitas obruta, et quibus Consulibus stare potuit nec his Consulibus pereat.

Litera a Præ Nobili Magistratu Gedanensi ad Illustrissimum Supremum Regni Cancellarium, quibus in causa Tertium Ordinem esse in causa non exequendo Ordinationis Gedano die 15to Mensis Augusti, 1751mo anno scripta.

Illustrissime etc.

Si alias unquam tunc certe firmam spem concipiebamus dissensiones Contentionesq; de Regiæ Ordinationis executione componendum infelicissime, cum Sacra Regia Majestas Dominus Noster Clementissimus Nobiles Præ Consulem Joannem Wahl et Consules Christianum Gabrielem de Schroeder ac Ludovicum Gottfridum Janssen Collegas Nostros prædilectos; Dresdam evocaret, et rationes cur Magistratus Ordinationem Regiam ad Executionem non dum deduxerit, humillime exponerent, quo Sacra Regia Majestas auditis rationibus Paternam curam et medicam manum intestino ex discordia malo admoveret. Augebatur spes, cum Collegæ Nostri, post suum Dresdam adventum renuntiarent, se ab Excellentissimis Dominis Regni Cancellariis exceptos humanissime, audiri non minore benignitate quam patientia, quæ pro Juribus, consuetudinibus et civitatis publico bono disserirent, notari accurate, alia mollius explicari, alia temperari, plura Collegiis non dum finitis, promitti. Hæc cum coram Nobis ex literis recitarentur animos continere non potuimus, quin in laudes et gratias effunderemur, imminentes Collegis Nostris, ut hanc Nostram pietatem Excellentissimis Dominis Cancellariis, verbis observantissime declararent. Jes literis Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ die 12. Augusti pro extra ordinariam labellarium Nobis redditis spe Nostra deiecimus et qui modo magna fovebamur, jam pro Conservando Jure quod in præcipuis, super esse nullam, non sine stupore accipimus. Vitio Nobis vertitur, quod Collegæ Nostri a Nobis Instructione muniti non sint, qua arduum Negotium optatum finem assequi possit, incusamus, dissentionum flammam, qua ardet Civitas, a Nobis non sedari, iis, qui succurrere velint, obstacula poni, viam ad reducendam tranquillitatem arreptam esse, qua in præceps cauta, ac magnum temporis spatium in aliter efficiendo, quo Tertii Ordinis querelas domi placere omiserimus. addit Illustrissima Excellentia Vestra Sacram Regiam Majestatem supplicibus libellis Tertii Ordinis fatigatam, ff

Ordinatione Varsaviæ confecta, commotos Populi Sedanensis Animos compescuisse, et revocando Magistratui in memoriam Sigismundi Joannis Tertii aliorumq; Regum sancita executionem demandasse, et ex Occurrentia temporis sua adiecisse mandata, eademq; in ordinatione Regia expressa, non sine scitu præsentium tum Varsaviæ Deputatorum Nostrorum emanasse, postea Anni spatium in solis dilationibus effluxisse, quibus Tertium Ordinem laesum, frustratum se a Nobis creditum, Regi res suas deperditas exposuisse, et Sacram Regiam Maiestatem ab ipsis Magistratus Deputatis audire voluisse rationes, quæ Executionem Ordinationis retardassent, easdem in Scripto exhibitas, Excellentissimos Dominos Cancellarios perlegisse, et a Collegis Nostris postulasse, ut se certos faciant de prompta sanctorum Regiorum executione, hos vero respondisse, se a suo Collegio nulla Instructione munitos esse, ut nomine illius aliquod promittere possint, indeq; Excellentissimos Dominos Cancellarios facile credidisse, se elusos esse. De puncto autem Secundo sub titulo modus et ratio eligendi Mercatores Conquestos Collegas Nostros, quod per præsentationem quatuor Personarum ex Mercatoribus in scabinatum libertas Electionis Magistratui concessa restringatur. Sed Excellentissimos Dominos Cancellarios opposuisse, Serenissimum Regem processisse in hoc puncto non ad tollendam libertatem Electionis, sed ad Securitatem maiorem Mercatorum, et negligentiam Magistratus in Executione Decreti Joannis III^i de recipienda tertia parte in Magistratum et Scabinatum occasionem Serenissimo Regi dedisse, et ad Scabinatum quatuor, Tertius Ordo præsentet, equibus per Magistratum unus eligatur, hinc Sacram Regiam Maiestatem, Decreto Divi Joannis III hanc Clausulam circa modum Electionis apposuisse, ut ne quidem Excellentissimi Domini Cancellarii Sacra Regia Maiestati Nostra petita deferre audeant; Deniq; monet Illustrissima Excellentia Vestra ut quam citissime executionis negotium perficiamus, alq; res Nostras Collegis Nostris Dresdæ committamus, quo eo citius ad optatum finem perducantur, simul ut Animos Nostros ad moderationem, non ad cudendas difficultates præparemus, ne illis obruta Civitas corruat, et illis Consulibq, quibus stare potuit, pereat.

Innocentibus causam dicere facile est, sed dolorem reprimere, id quidem difficillimum. Evocati sunt collegæ Nostri Dresdam, ut rationes Ordinationis ad Executionem non dum deductæ exponerent. Rationes illæ non minus his Nostris Collegis, quam Nobis cognitæ et respectæ erant, qui simul commentarios eorum quæ toto tempore de executione Ordinationis cum Ordinibus tractata sunt, secum Dresdam recipiebant, ut suis dictis fidem si non haberetur conciliarent. Peculiari Mandato opus non erat, cum Commentarii illi instar mandati sint, neque aliud mandatum cum illis continetur, dari potuisset. Admissis Collegarum Nostrorum rationibus, quæ etiam Nostræ sunt, prona adardui Negotii finem erat via, quibus si locus non daretur, si in litem descendendum, sive Juribus disceptandum, frustra erant vocati Collegæ Nostri, neq; Saxonica Urbs locus, ubi de Sedanensium Juribus, Consuetudinibus, et Civitatis bono conferendum. Ardet proh dolor! Civitas dissensionibus, et ita ardet, ut metus sit, ne tota in cinerem redigatur, Nos, qui incendio faces non subjecimus, neq; in restinguendo, postquam flamma erupit, desides fuimus, tantum abest, ut illis qui subvenire voluerint obstiterimus. Ad reddendam tranquillitatem domesticam ingressi, viam, et persecuti sumus, quam leges munivunt, duram quidem et sæpe invisam, quatenus nunquam injuriæ ceps, sed ad veram salutem ituri, et præterquam probus Magistratus omnem aliam ignorare debet. In placandis Tertii Ordinis querelis, quam primum in publicum prodierant, desudavimus, sæpe integros dies in Noctem usque absumentes, missi pariter a Sacra Regia Maiestate Celsissimus Princeps Episcopus Varmiensis, et Generosus Dominus de Leibnitz Aulicus Cubiculariusq; Sacro, suppetias laturi, ut omnia ad Legum orbitam reducerentur, qui post novem circiter Mensium operam Dresdam profecti sunt. Inde jam expectabatur medela præsens, sed pro Medela allatum Rescriptum pons et scaturgio novarium acerrimarumq; Contentionum, quo imminuto Magistratus, Scabinisq; vetustissimo et plurimorum Seculorum Jure, facultas præsentandi ex Mercatoribus Tertio Ordini conferatur. Sacræ Declarationes Regiæ, pariter Dresdæ a solis Celsissimo Principe Varmiensi Episcopo, et Excellentissimo Domino Pro Cancellario ad Regium latus præsentibus compositæ, quibus memoratum Rescriptum firmatur

et alia contra Jura et Consvetudines constituuntur. Declarationes excepit Varsaviensis Ordinatio, qua si sola Sigismundi, Joannis III^i et aliorum Regum sancita in executionem repetita fuissent: o Nos felices! dein Sacra Regia Maiestas nova adiecit Mandata, quæ si ex temporis et Urbis rationibus simul cum iuribus et Consvetudinibus consensissent, plausu et gratulatione optimi Principis prosecuti fuissemus providentia. Cum vero in fine Ordinationis ea Iuribus et antiqvis Consvetudinibus Civitatis conformia dicatur, et tamen in ipsa Ordinatione occurrant, qvæ Iuribus illis et Consvetudinibus repugnant, non aliud Nobis colligere licebat, qvam ea praeter mentem Sacræ Regiæ Maiestatis excidisse. Ignorabant hæc, qvitum Varsaviæ præsentes erant Deputati Nostri, qvia Ordinatio ante publicationem haud communicata, ut scire potuissent, qvæ contineret, et post Publicationem se eam ad Nos delaturos esse, coram Sacra Regia Maiestate protesti sunt. Post Deputatorum Nostrorum Varsavia reditum, Regiam Ordinationem Ordinibus exhibuimus, de cuius executione qvod nihil constitutum, non Nostra, sed tertii Ordinis culpa est, qvi executionem nec qvidem aggredi voluit, et si morando et aliud ex alio causando lassatus, habet qvod sibi imputet, Nos revera ab ipso lassati maxime. Quod si credidit decipisse a Nobis, falsam de Nobis suspitionem non justam rationem audivit; Haud sub dole, sed aperte cum ipso egimus, et libere de singulis Ordinationis capitibus sententia Nostra exposita ad amica inter pauciores Colloqvia invitavimus. Illa contra, morae cuius ipsae Author, impatiens, maluit Sacræ Regiæ Maiestati res suas per Nos deperditas esse exponere: qvod ab ipso factum perpetiam. Si enim existimat suas res, sine Ordinationis executione deperditas esse, cur non ad executionem accessit, qvæ toties a Nobis oblata fuit, inchoando a levioribus et progrediendo ad difficiliora: Sed prolatas Executionis Causas, Nostrumq; in ea Candorem Excellentissimi Dominii Cancellarii Collegæ Nostri scripto exposuerunt, qvi cum postularetur, ut Nomine Nostro promptam Sanctorum Regiorum executionem promitterent, se a Nobis Instructione munitos esse negarunt. At Collegæ Nostri, dum demonstrarunt per Nos non stetisse, quo minus Ordinatio ad executionem deduceretur, simul docuerunt promptos Nos in executionem semper fuisse. Idem durat animus, exegvemus Ordinationem summa alacritate, ingvantum per Leges Civitatis, Constitutionem, Commerciorum libertatem et publicum Commodum, qvod simul Regis et universi Regni Poloni commodum commodum est, licuerit. Caeterum acerbum Nobis fuit Excellentissimos Dominos Cancellarios facille credidisse se cum Collegæ Nostri mandato essent destituti, elusos esse. Sumus Nos et Collegæ Nostri homines ingenui, ad Veterum temporum mores facti, quibus fallere alios Crimen et scelus habebatur, essetq; Clementia, et magnis sumptibus, nec minore molestia iter Dresdam suscepisse, ut Excellentissimi Domini Cancellarii coram decipierentur. Contra merito qvesti Collegæ Nostri per collatam Tertio Ordini Candidatorum in Scabinatum ex Mercatoribus praesentationem, liberam Electionem vestingi, ad qvod respondere Excellentissimis Dominis Cancellariis placuit, Sacram Regiam Maiestatem in eo non processisse ad libertatem Electionis tollendam; sed ad maiorem Mercatorum securitatem, et Magistratus, in executione Decreti Joannis Tertii de recipienda in Magistratum et Scabinatum tertia Mercatorum parte negligentiam, occasionem dedisse, et ad Scabinatum Tertius Ordo praesentet, exeqvibus unus eligat hancq; Clausulam circa modum Electionis Sacram Regiam Maiestatem Decreto Divi Joannis III^i apposuisse, verum minuitur eligendi Jus, ubi certus Candidatorum Numerus sistitur, ex qvibus eligendus unus, qvod integrum Gedanensis Magistratus sub cruce geris exercuit, et cum eo in ditionem Regis Poloniæ concessit, nititur illud Legibus et qvatuor Saeculorum usu, tum Serenissimorum Regum confirmationibus, et Divi Joannis III^i Decreto, in Judicio Relationum ex Scriis Partium Controversiis Lato, roboratum est. Possunt Mercatores securi esse, ex se tertiam partem Consulatus et Scabinatus omni tempore expletum iri, qvod fore pro Nobis et Successoribus Nostris sancte promisimus, et si Nostra Successorumq; fides in dubium vocatur, sanciatur poena, si contra fiat declaretur imposterum irrita Electio, si in locum Mercatoris, alius qvam Mercator eligatur. Manerat necesse di metum plane incertum, vetustissimus jus Rescripto in Saxonia, Nobis inscijs minuere et apponere Clausulam Electionis modo, qvæ Electionis libertatem circumscribit. Quae ergo Nobis superest in Juribus Nostris, eorumq; Regijs Confirmationibus fiducia, si nobis inscijs Rescripto, declarationibus et nova Ordinatione mutari qveant. Ne tamen Supremus infelicitati et miseriis Nostris cumulus accessit, qvod Religiosissimus Princeps et mitissimus Dominus

in collata Ordini praesentatione, adeo immotus, ut obsistri sibi velit, et Excellentissimi Domini Cancellarii voces Nostras deserere non audeant. Quando igitur in terris jam precibus Nostris locus Negotus, una in coelum superest via, qua bonis praeclusitus nunquam, a Deo supplicamus ardentissime ut Augusti IIIi Regis e Patris erga Omnes, inbeitos suos indulgentissimi mentem in Nos flectat, ut cum Caeteris, tum electionis in Scabinatum Jure in integro, ad exemplum Divorum Decessorum Regum Poloniae, Nos fruit Clementissime patiatur, quo perius jurandum in Leges et fidem quam Majoribus Nostris debemus, in posteritatis detrimentum salva Consentia cedere Nobis non licet. Sumus ad Executionem Ordinationis paratissimi, in quantum Jura permittunt, non autem possumus executionis Negotium Collegis Nostris Dresdae agentibus committere, quia executio non Dresdae sed Sedaniam Caeteris Ordinibus perficienda est, inquadum pertamus sententia non Dissultatos audimus, sed ad praescriptum officii, quod Deo Regi, Regno, Civitati Civibus, Posteris debemus, agimus, et si id pro facultate Nostra implevimus, urbs non corrusit, qua Juribus fundata, Juribus immotis stabit, florebitq; Quod si tamen vis praevaleret, quam non adhibitam iri confidimus, interJurium Nostrorum fritus ruinas pro Sacra Regia Majestatis et Augustissimae Domus salute et felicitate, vota facere nullo tempore cessabimus. Potest perire Sedanum Nobis Consulibus, Nobis tamen Auctoribus perire non potest, et si fatum esset perire Sedanum, non Nobis sed Regi et Regno peribit. Unum est Sedanum, quo everso non aliud erit superstes, et novum surget nunquam. In publico hoc maerore, quo gravior esse nequit, eramus et obstetamur. Illustrissimam Excellentiam Vestram, pertotius Regni salutem, dignetur afflictis et jacentibus auxiliatricem Manum porrigere, ut Historia futuris Saeculis commemoret fuisse Suoremum Regni Cancellarium Matachovium, Cuius Consilio et ope Sedanum steterit, et Poloniae servatum, cum occasus et ultimum fatum imminere et impedire videretur.

Rescriptum ad Civitatis Sedanensis Ordines de instituendo sorsivo aerario pro redimendis Nautis ex Captivitate Barbarica Dresdae die 28e Augusti 1737 Anno expeditum

Nobilibus et Spectabilibus Burgrabio Praetonsulibus Consulibus, Scabinis et centum Viris Civitatis Nostrae Sedanensis, fideliter Nobis dilectis Gratiam Nostram Regiam. Nobiles et Spectabiles fideliter Nobis Dilecti. Perspectum habemus inter Commercia, quibus praestantissima quaeq; emporia celebritatem et opulentiam suam consecuta sunt, illa potissimum reperiri, quae cum remotioribus Nationibus arevecentur, eq multa aliare maiora incrementa sumere posse, qm si favente loci opportunitate navigationis promorendae ratio inearur, ad consequendum vero finem hunc longe salutarem, ante omnia Navigantes, quibus aliogvin tot discrimina per naturam itineris maritimi sunt adeunda, saltem gravissimo perpetuae servitutis periculo, quod a Piratis imminet, providentia publica liberentur, adeoq; plurimi ad segvendum hoc vitae genus arcitentur, et alacriores reddantur. Cum itaq; relatum Nobis fuerit, qualiter Navi Sedanensi, quae Augustus IIIus insigniebatur, Anno 1741e ab Algerienssibus capta, omnis Familia Nautica triste jungum Servitutis apud Barbaros subierit, plurimaq; pars eius sine spe redemptionis, quippe quae a Domino Navis tanqm privato, haud quamqm expectanda, vel exigenda, miserandae sorti suae ingemiscat; Nos circo pro Paterna erga Civitatem Nostram propensione cupientes res, et commercia eius, tali medio hactenus intermisso, indies augeri, habitaq; Consideratione exultatem ex navigatione, et Negotiationibus in Portubus Hispaniae, et maris Mediterranei provenientem, neglecta Captivorum redemptione, multum suffaminari posse Fidelitatis Vestras vegvirendas esse duximus, uti gvidem praesentibus vegvirimus, quatenus curam promovendorum Commerciorum in Civitate Nostra Sedanensi ad Utilitatem publicam collimantem, gnaviter et serio agatis, quo in tuitu comprobantes studium facilitandae et amplificandae Navigationis, quo Spectabilis Joannes Philippus Schultz, Navibus sexaginta quinque inde ab Anno 1725o suo sumptu apud Vos extructis, celebratur, tristi nati in Congregatione omnium Ordinum repraesentationibus Anno praeteriti exhibitis, habito eius annuatis, non attenta Nauticae Plebis praesentia, solummodo respicientis oppositione modum adinveniatis, quo gratuitis largitionibus singulorum, aerariq; sorsivo pro redimendis Captivis ad exemplum aliarum Civitatum Maritimarum instituto Nautae praefati, soluto lytro, ex Barbarorum Servitute redimantur. Quod negotium tanqvam Nobis gratum nec minus publico Commodo ff

Civitatis Sedanensis, quam officiis et humanitatis et Christianorum respondens, Authoritate vero Nostra, ubi res poposcerit, gratiose protegendum, pro vestro bene de Nobis merendi studio et officiorum debito, a Nobis ritenno ad effectum deducetum iri non debitamus. In quorum fidem praesentes literas Manu Nostra subscriptas, Sigillo Regni Communiri iussimus. Dabantur ut Supra.

Rescriptum ad eundem Magistratum Sedanensium quo intimantur Judicia Assessorialia Sedani celebranda Dresdae die 29ª Augusti 1751.

Augustus Rex &c.

Nobilibus et Spectabilibus hrae Consuli Consulibus, totiq̃ Magistratui Civitatis Nostrae Sedanensis, fidelibus Nobis dilectis. Non sine Cordolio Nostro relatam accepimus, dissentiones infernas in Civitate Nostra Sedanensi ab aliquo tempore exortas, non tantum ad huc continuari, sed et per retardatam Ordinationis Nostrae, Varsaviae anno praeterito promulgatae, Executionem et per metas deinde inter Contubernia, eorumq̃ Confraternitates ad invicem varias pretensiones, ac alias Controversias ita auctas esse, ut multa inconvenientia cum notabili ipsius Civitatis discrimine, attentata fuerint, et ulterius sint metuenda. Cui malo cum pro Paterna Nostra, qua Civitatem Sedanensem amplectimur et fovemus, cura; sollicite prospiciendum esse duximus; Proinde Judicia Nostra Assessorialia in dicta Civitate Nostra Sedanensi quantocius aperiri demandavimus, quo tam omnibus agendis, et conquerendi Causam habituris promptam Justitiam administrent, quam etiam circa alias Causas ibidem Judicialiter proponendas, Ordinationem supramemoratam ad optatum finem deduci faciant. Quod ipsum prout fidelitatibus Vestris praesentibus intimamq̃, iubentes, ut hanc Nostram Dispositionem cum reliquis Civitatis Ordinibus indilate communicatis, Interea vero sic Vos met geratis, ut depositis aliis omnibus respectibus, Securitati ac quieti Publicae cum Consilio Ordinum diligentissime provideatis. Ita omnibus et Singulis cuius cunq̃ status et conditionis fuerint, quorumq̃ aliquomodo interesse possit, mediante hoc Nostro Rescripto, serio mandamus, ut sub poenis Severissimis Criminalibus etiam ex Praescripto Legum Regni in Convulsores Mandatorum Nostrorum, aut Securitatis Publicae Violatores sanctis ac irremissibili rigore extendendis a Violentiis et turbis omnino abstineant, paccati et sedati sua curent, Magistratui obediant, Ordinumque Civitatis Conclusis acquiescant, Satisfactionem de Caetero in omnibus, quas habuerint, querelis, prout de Jure a Judiciis Nostris Assessorialibus quiete expectaturi. Factura sunt praemissa fidelitates Vestrae et modo Consueto, publicaturae, pro Gratia Nostra, Officiorum quei Suorum Debito. In quorum fidem, praesentes &c. Dabantur Dresdae Die ut supra, Annoq̃ eodem.

Litera a Prae Nobili Magistratu Sedanensi ad Sacram Regiam Majestatem, qeibus exponunt rationes, contra Eorum Judicium Assessorialium Sedani Celebrandorum. Sedano die 4ª Mensis Octobris 1751ª Anno Scripta.

Serenissime &c.

Redditum Nobis est Sacrae Regiae Majestatis Vestrae Rescriptum Dresdae 29ª Augusti praesentis Anni Datum, ex quo perspeximus Sacram Regiam Majestatem Vestram, obinternas in hac Civitate dissensiones non tantum continuatas, sed etiam per retardatam Regiae Ordinationis Varsaviae praeterito Anno promulgatae executionem, et per motas inter Contubernia, Eorumq̃ Confraternitates ad invicem varias pretensiones ac alias Controversias auctas, Judicia Assessorialia in hac Civitate quantocius aperiri demandasse, quo tam omnibus agendi et conquerendi Causam habituris promptam justitiam administrent, quam etiam circa alias Causas judicialiter proponendas, supra memoratam Ordinationem ad optatum finem deduci faciant; proinde Sacram Regiam Majestatem Vestram itlbere, ut hanc suam Dispositionem cum reliquis Civitatis Ordinibus indilate communicemus, et Nos met interea sic geramus, ut securitati et quieti Publicae cum Consilio Ordinum diligentissime provideamus, simul Omnibus et Singulis

Cuius cunq; Status et Conditionis fuerint, serio mandare, ut sub pœnis Severissimis Criminalibus etiam ex Præscripto Legum Regni in Conculsores Mandatorum Regiorum aut securitatis Publicæ Violatores sanctis, ac irremissibili rigore extendendis, ab omnibus violentiis et turbis omnino abstineant, pacati et sedati sua curent, Magistratui Obediant, Ordinumq; Civitatis Conclusis acquiescant, satisfactionem de cætero in suis, quas habuerint, querelis, prouti de Iure, a Judiciis Assessorialibus quiete expectaturi; denig; a Sacra Regia Majestate Vestra horum Omnium publicationem consueto modo Nobis præcipi. Venerati, qua fas est, pietate Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ Providentissimam et vere Paternam in Componendis, quæ Civitatem hanc misere vilaverunt, dissidiis, dimicandisq; inter Contubernia libibus, curam Rescriptum, statim ac per Tertii Credimus semet et iterarum dilatas Consultationes, simul, cum Ordinibus communicavimus, ex quorum Sententia, qua pariter Nostra fuit, Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ Mandatum adversus vim et turbas quas cunq; edicto Typis expresso publicari decretum est, nullig; dubitamus, pacata fore omnia metuq; pœnæ severioris, etiam Contumacissimos, si qui inter Cives Incolasq; fuerint, ad obsequium et modestiam redituros esse. Ut autem intestina tranquillitati satis consultum securi credimus, ita alia sollicitudo Animum Nostrum agitat, quando cogitamus Judicia Assessorialia in hac Civitate exercenda esse. Nam vedicamus, id plane novum, et superiorum temporum exemplo destitutum, cum Sedam, sine in Universa Prussia Rege absente, Aulica Judicia habita fuerint nunquam, erit ob sumptus Civitati maxime onerosum, ærario ita exhausto, ut Ordinariis quotidianisq; impensis, multominus unuris, quibus præmitur, vix sufficiat; Accedit quod hoc, quod inter nos et Tertium Ordinem fuerunt dissensiones, tempore, vectra debita in multa centena florenorum millia creverint, ut prospicere non detur, quando et quo tempore cum ontigeris nova Nomina excolvi possint. Parati sumus Causam dicere, ut mariati semper fuimus, sed minore Civitatis impendio, extra Civitatem, eo quo Aulica Judicia haberi solent, loco et quo habita sunt, eo quo tempore ad Judicia Aulica ex Prussia Provocari cœpit. Nec minus hoc advertit mentes, Ordinationem Regiam per Judicium Assessoriale ad finem deducendam esse, quod aliter fieri negavit, nisi lato pro Ordinatione Decreto. Jam vero in Ordinatione nulla sunt, quæ Nostris et Civitatis Juribus non consentiunt, quæ si Decreto confirmarentur esset Juribus Decreto Judicialiter cedendum, cum tamen Jura per Sanctitatem, quæ ipsis natura sua inest, quamq; Divorum Regum et Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ Confirmatio ac singulare Amnestiæ Diploma tuentur, Judicorum Cognitioni eximantur. Eodem tempore est Provinciæ Nostræ, quæ suis ad Comitia Nuntiis Anno 1669 injunxit, providerent ne Jura et Privilegia Terrarum et Civitatum per Decreta tollantur. Quod vitamen a Judicio Assessoriali Decretum ferretur, provocandum Nobis esset, ad Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ Judicium Relationum, id quod per Leges et usum licet, et a divo Rege Joanne IIIto peculiari Diplomate firmatum est. Quod ad alias Causas, quæ in Rescripto Judiciis Assessorialibus servantur, attinet, sive illæ fuerint integrorum Contuberniorum, Sodalitatumq; sive singulorum Contuberniorum, sive privatorum, quorum cunq; Conjudicimus Sacræ Regiæ Majestati Vestræ celebratissimæ per Orbem equitati. Jus potestatemq; de Contuberniorum Collegiorum statutis ex Civitatis rationibus et communi Utilitate decernendi Auctoritate. Tractatus Portorii Nobis manserunt integram, nec minus Instantiarum Privilegium, quo demum a Nostra Sententia ad Assessoriale Judicium appellatur, et ab ipso Appellationis primordio provocatum est, illibatumq; foro. Hæc cum collatis Consiliis inter Nos tractamus, exhibetur die 30 Septembris citatio, ut abeuntis positione in quatuor septimanis Nos Judiciis Assessorialibus sedani, aut ubi Sacra Regia Majestas Vestra cum Curia Sua Constituta fuerit, sistamus, quo intenti reddimur, utrum sedani an alibi Judicium habendum sit, sed majoris momenti est, citari Nos unica peremptoria citatione, cum tamen Leges et usus continuus duas citationes diverso tempore, justo inter Utramq; spatio exigant, quo accusati, quæ defensioni deserviant, commode peragere possint, id quod apud eos, qui in foro versantur, perquam gratissimum est. Hoc autem tristissimum citationem Nobis minitari panas, damnorum et expensarum refusionem, quia Ordinationem ad executionem non deduximus; Sed Non soli potuimq Ordinationem exegui, Omnium Ordinum hoc erat negotium, et si in non nullis ad Jura et receptas antiquitus Consuetudines provocavimus, non factum id temeritate aut contumacia, sed officii religione, Conscientia et fame, quam nemo bonus neglegit, studio, ne quasi degeneres a posteris socordiæ et molitiæ arguevemur, ea quæ a Majoribus per Manus tradita neglexisse mus. Ff

Hac obrevissimis per submissitimam Informationem ad Sacram Regiam Maiestatem Vestram Dominum Nostrum Clementissimum, deferre instituimus, praeter hanc enim et preces, obtestationesq̃ nihil Nobis superest, quae, si fuerint irrita, sortem Nostram feremus faciti, ut pios subditos decet, quibus fidem et obsequium in Principem prima et praecipua ducunt. Deo forsan, Deus respecturus tandem Nostram Urbisq̃ Calamitatem Pectori Vestro Animum flectet, ut Nobiscum sine Judicio, sine Decreto, de Ordinatione Regia transigat, amicissime, quo funditus sublatis multuis Suspitionibus, Magistratus et Cives de Regimine hujusce conspirent, et non aliud Magistratus, aliud Civium dicatur bonum, sed unum bonum Omnium erit, quod publicum vocetur. Quae si contigerit felicitas, illam Omnem ad Sacram Regiam Maiestatem Vestram referemus. Cui tum demum Supremum accedet Cumulus Deus Sacram Regiam Maiestatem Vestram quam diutissime superstitem, et in hoc suo fastigio, rebus omnibus florentissimam esse iusserit.-

Litera ab Illustrissimo Supremo Regni Cancellario ad Magistratum Sedanum in Negotio praecedentium ad Sacram Regiam Maiestatem Literarum die 20e Octobris 1751e Anno in Skawnice datum ut Supra. &c.

Pra Nobiles &c.

Cum admiratione non parva Serenissimus Rex Dominus Noster Clementissimus Literas Dominationum Vestrarum recepit de Data 4e Mensis et Anni praesentium, quibus rationes exponitis contra Judiciorum Assessoriatium Curiam Sedani celebrandum, Non placet Ordinatio pro bono Civitatis Regimine Instituta, impugnatur, Compositio per denegatam Delegatis suis adhoc Plenipotentiam, Judicium, gravaminorum ante Sententiam excitus, et subterfugia exhuditur, quis ergo finis rerum. Desperat de agroto Medicus, cum omnia quae aegroti cantur remedia, vel videntur amara, vel ab agroto non suscipiantur; Ego tamen de Salute Civitatis desperare nolo, quia licet si praesentia Superiorris Judicis metum incutit reverentialem, non tamen Dignis Viris timorem, Causare potest. Quo autem ad citationes a Tertio Ordine datas, respondebit ille an male an bene illas expertaverit; Ego felicem me Crederem, si de compositis Sedani rebus Suntinum citissime habere possim quod a Deo S.O.M. Cordicitus optans maneo.

Epistola a Tertio Ordine Incolarum Civitatis Sedanensis ad Illustrissimum Dominum Supremum Regni Cancellarium die 16e Xbris 1751e Sedano Germanico idiomate Scripta.

Hoch Hochgebohrner Herr,
Gnädigster Herr Herr Graf
Reichs Canzler.

Euer Excellence wollen es gnädig vermerken wann wir unsere gehorsahme Ehrfurcht Schuldigkeit in schuldigster Ehrfurcht vorzutragen und anzeigen,
Da selbig wir Euer Excell. aus Sehr Dringend anzugehen sahen um diejenige Mittel welche Ihro Königl. Majest. unser allergnädigster Herr zu Wiederherstellung der Ruhe und Einigkeit zwischen dem Magistrat und der Bürgerschaft für selbsame angesehen hat uns zu bewirken und anzubauen. Da sahe Sind doch der Magistrat durch seine Briefe, so derselbe so wohl an dem Königl. Hoff als an Euer Excell. mit unserem Gewissen zugeschicket diese so höchst weisliche Mittel in seinem Fortgang zu verhindern wann derselbe beschäftiget ist wir kennen Euer Excell mit unserem Gewissen versichern daß der Magistrat nichts weniger im Sinn habe als eine gütliche Beilegung der Bisherigen Mißhelligkeiten dem dorch einzige Mittel Wiederum gelangt werden möchte derselbe die dritte Ordnung in Wiederung gebrauchte ohne diejenige Mittel vorzuschlagen welche

darbei zum Grunde gelegt werden sollen, ist nicht ein=
zusehen, wie solche zu stillen. Die Annehmung der
Vorgeschlagenen höchsten Anordnung und derselben wirkliche
Vollziehung ist das Hauptwerk, welches zum Grunde ge=
legt werden muß, soll ein gutes Einvernehmen und ein si=
cherer Friede unter den Ordnungen bewürket werden
soll. Da nun der Magistrat sich von nichts abmessen,
und zu Stelle gütliche Wege einzuschlagen wünscht,
nur Verwirrungen unter der Bürgerschaft anzustellen, so
verfallen wir immer dieser und werden nur fernerer Hoff=
nung leben, wenn die in Arrest gebrachten zurückgebliebenen Herren
des Magistrats die Freiheit zurück zu reisen erhalten sol=
len. Euer Excell flehen wir demnach in tiefster Demuth
sey dieselben geruhigst den Intriguen des Ma=
gistrats nicht zu hören wünschen zu unserer Rettung da=
wo Noth zu beschleunigen und uns Hülfe zu geben
Euer Excell mit dergnügen Ehrfurcht zu ansehnen,
mit welcher wir zeit lebens verharren.

Hochgebohrne Herr.
Gnädiger Herr Euer Excell
Unterthänig gehorsamster Diener die Depu=
tirte der dritten Ordnung.

Friedrich Gottlieb Remmerson
Martin Laurentz Hentzel
Samuel Hander
Johann Gottfried Schwartz
Michael Langewald
Johann George Luther
Eremann Hasse
Jacob Bergen

Litera ad Sacram Regiam Maiestatem a Generoso Wilhelmo Alexandro ab Heyckina Generosi Ordinis Equestris Ducatuum Curlandiæ et Semigalliæ Delegato in Negotio cum Supremis eorundem Ducatuum Consiliariis die 24to Augusti 1754to anno Dresdæ.

Serenissime &c.

Jus Naturæ et gentium nonsecus ac Jura privatorum non solum Compensationem damnorum frivole causatorum, sed et securitatem sufficientem, quo ad futura tempora partibus læsæ tribuunt adjudicantq. Securitas hæc autem in panis consistit, quas leges illis qui legibus vim inferunt, minantur, in panis inquam, quæ Voluntatem hominum dirigere, et a quacunque legis transgressione cohiberi valent. Compensationem hanc et Securitatem Ordo Equestris unico pro scopo habebat, ff

dum ille intelligerandum omnis gravaminum Suorum verbis nunquam satis exprimendum.
Anno superiori inter lachrymas et gemitus ad pedes Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ depone-
bat, Sacræ Regiæ Majestati in pectore motus magnanimitatis ac misericordiæ paternæ, volum-
modo sentienti, non displicuit etiam pro hac vice effectibus ineffabilis moderationis et Clementiæ
locum dare, Ordinique Conventionem suadere, quam et Ordo Equestris Obedientiæ sola profundissima
erga Sacram Regiam Majestatem Vestram permotus, sine ulla dubitatione, nulla habita ratione
compensationis ac securitatis, quæ tamen circa explanationem iniuriarum a Consiliariis Supre-
mis perpensarum Judicialiter sadam omnino denegari non potuisset, acceptavit Generosus Ordo
Equestris pro inunda amicabi compositione, non attentis impensis propterea erogandis aliisq
difficultatibus obstantibus ad Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ Aulam absq ulla mora me ab-
legabat, spe fretus, fore ut post tot sollicitudines, suppressiones, videntias perpessas, ac impensas
maximas causatas, tandem aliquando mediante Conventione hac qm ordine desiderata & necessa-
ria importum quietis Securitatisq ei venire liceat. Ast Generosis Consiliariis Supremis tola tem-
poris diuturnitate supprimere Nos animus videtur, pro alendis et continuandis litigiis pecunia
Ducali utuntur, quamvis Crimina Status Ipsis imputata solas illorum Personas tangunt, et dum
Generosi Consiliarii Pecuniam Ducalem dilapidant. Ipsi, de facto et modo plane despotico Ordini
Equestri facultatem de pecuniis suis propriis disponendi eripiunt. dum Ordinis Equestris Officiali-
bus mandata nunquam audita dederunt. Ut Ordini Equestri propriam suam pro usu Publico col-
lectam pecuniam detineant. Cum itaq Ordo Equestris rebus sic stantibus cum Consiliariis Supremis
prolixam & sumptuosam litem alere et Jus suum prosequi non potest, quæ nam actio Nos me-
tipsos et posteritatem Nostram in summam defuderet egestatem, Feudum vero Ducale funditus
everteret, Jura vero, libertates et immunitates Nobilitatis cum Juribus et Prærogativis Domi-
nus Ducalis indissolubili vinculo junctæ sunt, ita ut alterutro debilitato aut suppresso, alterum
persistere Amplius non possit, quæ dere Generosus Ordo Equestris perpensis modo allegatis ratio
nibus nonsens ac intuitu ordii Supremis erga Ordinem Equestrem in diem editi, pro suo in Patri-
am amore, attentione & vigilantia, pro Conservatione Feudi Ducalis, ut et Competentibus sibi fa-
cultatibus Delegato suo in fine subscripto Instructionem sequentem, expressam sub prima Julii tran-
smisit. Compositione vero amicabili inter Consiliarios Supremos et Generosum Ordinem Equestrem
præter omnem spem et expectationem non confecta, Ordo Equestris a via Juris Ordinaria non re-
cedit et salvo tamen respectu erga Sacram Regiam Majestatem obedientissimo declarat, quatenus
lite pendente, durante et usq ad finem Processus duraturo Generosorum Consiliariorum Supremo-
rum in Ordinem Equestrem adio Manifesto Ordini Equestri impossibile esset, pati, ut ad Jpsos, ceu
ob atrocissima Crimina accusatis judicarentur Justitiaq ab Jpsis administraretur, quam ob rem pro-
nominatis et ab Ordine Equestri præsentatis Regentibus ad interim a Sacra Regia Majestate justis-
ima Confirmatio procuranda est, nimirum pro duobus Capitaneis maioribus, Selburgensi et Fucu-
mensi, Duobus Capitaneis minoribus Durbensi et Frauenburgensi, et duobus ex Nobilitate, nempe Gene-
roso Capitaneo militari de Recke, Possessore hereditario in Remten et Generoso de Schlippenbach,
Possessore hereditario in Muisszehm. Cui Confirmationi Sacra Regia Majestas ob summam qua
pollet Justitiam suam ceu Dominus Noster Supremus et Clementissimus eo minus Contrarietur, dum alias contra naturam rei sua Actoris Judex evaderet. Ex hac modo allegata ab Ordine Eq-
uestri mihi data Instructione Sacram Regiam Majestatem Vestram supplex adire tenetur, est
supradictos ab Ordine Equestri præsentatos Regentes ad interim Generosos Benedictum Henricum
ab Heyking Capitaneum maiorem Selburgensem, de Pfeilitzer dictum Francke Capitaneum maio-
rem Fucumensem, de Korff Capitaneum minorem Durbensem, de Sass, Capitaneum minorem Fra-
uenburgensem, de Recke Capitaneum militarem et hereditarium in Remten de Schlippenbach
hereditarium in Muisszehm, Clementissime constituat, designet, atq confirmet, qui Regentes au-
thoritate sub Sacra Regia Majestatis summa, ad finem Processus usq prævio Juramento præsti-
to, omnia Gubernationis et Regiminis munia curare, Justitiam administrare, et omni ex parte
ad normam formulæ Regiminis sese gerere & conformare tenebuntur. Tempora præterita Nobis
iam huius modi exempla subministrant, dum Rex Poloniæ olim gloriosissime regnans Joannes
Casimirus de Dato Varsaviæ die 4te Februarii 1659. ad humillimas Nobilitatis preces similem ff

Confirmationem concessit, id quod annexum sub Lit. A: uberius exponit. Non itaq; Ordo Equestris dubitat, quin precibus suis his Clementissime suburibere tur, siquidem instituti Processus Continuatio, qua nullo modo declinari potest, tale procedere necessario postulat. Necessitas vero est Lex temporis, magnum humana imbecillitatis patrocinium, qua quid quid coegit, defendit. Omnia et Universa Nationum hinc inde moratarum Jura, Consuetudines Omnium Populorum, et temporum exceptionem suspendi Judicijs permittunt, et qualem Justitiam.

Justissime Rex.

Ordo Equestris durante hac lite ab his expectare posset, qui ob tot iniustissimas perpetratas Actiones accusati sunt, qui singulum fere diem nova iniuriarum specie insignem, et memoratum Dignum, reddunt, imo qui Odium suum adeo usq; ad Conscientias Nostras et Religionis cultum pretendunt, id, quod in auditus certe agendi modus erga Generosam Nobilitatem Districtus Dubrensis detatur. Summam Sacrae Regiae Maiestatis Gratiam ac benevolentiam Ordo Equestris eo certiori confidentia sibi pollicetur, quo magis ille quovis tempore, in id incubuit, ut Summam Sacrae Regiae Maiestatis Vestrae Authoritatem, Conservationem Legum fundamentalium Juriu Ducalium, pariter ac Nobilitatis, semper Cura Cordiq habuerit, de quo etiam praesens humillima subiectione facta praesentatio Regiminis ad interim satis abunde testatur. Econtra vero Generosi Consiliarii Supremi Celsissimo Duce in fata durissima incidente, absq; previa interrogatione, insciu et non mandante Sacra Regia Maiestate Vestra, sine Consensu Ordinis Equestris modo dictum Sacrae Regiae Maiestatis Vestrae rite investitum Ducem Regimine et ipso Ducatu suo propria Authoritate privaverunt, Juramento Illi praestito, et fidelitati Eidem debitae se subduxerunt, ipsoq facto Celsissimum Ducem imperio et Magistratui suo negissime deposuerunt. Et quoniam Manifeste apparet, Generosos Consiliarios Supremos proponisse sibi, Generoso Ordini Equestri quaecunq obiicere impedimenta, et ut media defensionis Ordinaria per viam Juris penitus Nobis praescinderentur, Illi modo plane illicito ex mingvam audito Generosos Officiales Ordinis Equestris, sub die quarta Julii inter dixerunt, ne Ordini Equestri pecuniam ab ipso laudatam, exolvant, hinc Ordo Equestris supplex petit, Velit Sacra Regia Maiestas Vestra mandatum executoriale ad Generosos sub Judices expediri mandare, quo illis iniungatur, ut ad Legis Praescriptum Pecuniam ab ordine Equestri laudatam exigant, ne praesenti Negotio aliquod impedimentum, publico vero nullum inde accrescat damnum aut detrimentum. Pro Nobilibus vero Advocatis Aulicis Generosa Nobilitati omne Patrocinium denegantibus Sacra Regia Maiestas Vestra per Compulsoriale serio mandabit, ut iuxta tenorem decisionum Commissorialium, de Anno 1717 8. 10 Causam Generosi Ordinis Equestris Contra Generosos Consiliarios suscipiant, Patrociniumq Suum praestent; Ad pedes Sacrae Regiae Maiestatis Vestrae procumbens omni mea perfectissimaq Fidelitate, devotione a obedientia emorior. Sacrae Regiae Maiestatis Vestrae humillimus et obsequiosissimus. Wilhelmus Alexander ab Heyking Generosi Ordinis Equestris Ducatuum Curlandiae et Semigallia Deligatus.

Pro Memoria ab Eodem Generoso Delegata.

Generosus Ordo Equestris Ducatuum Curlandiae et Semigallia, qui nunc ob litem contra Consiliarios Supremos prosequendam, eo redactum se sentit, Sacrae Regiae Maiestati certos Regentes ad interim durante hac lite pro confirmatione praesentare, eo minus Votorum Suorum compos fieri dubitat, quam perturbationi, Cui Universa Provincia ob Justitium merito introductum, manifesta est obnoxia, obviam iretasq; vadeant. Si Gubernationis munia Nomine et Authoritate Serenissimi curanda, hac lite pendente penes Consiliarios Supremos permaneret, hoc casu Generosus Ordo Equestris litem hanc aeternam, de ipsum vero ad meras redactum, sub lamentabili et vana Auxilii et Justitiae implorationem perspiceret, dum enim Dominis Consiliariis Supremis ex Ordinatione Processus et Nobilitatis Immunitatibus beneficium Contumaciae competat, Generoso Ordini Equestri multa itinera supervacanea, pariter ac impensae inutiles essent faciendae, antequam illi hanc maximi momenti litem ad finem perducere contigeret. Quoniam autem rebus sic stantibus Generosi Ordinis Equestris impensae cum mutuo Partium erga se invicem odio, necessario in dies crescerent, certe mil summa exacerbatione certius, non minus funeste quam horride, cum desperatione et violentiis inde provenientibus finitura, timenda esset. In praesenti enim rerum statu, Generosus Ordo Equestris dominorum Consiliariorum Supremorum administrationi imposterum se submittere nullo prorsus modo potest. Generosusq Ordo Equestris hoc ipso quam solennissime declarat, quod dum ille ne minimum quidem, nec contra ipsum Ducem neq contra Domum eius Ducalem moveret gravamen, ille etiam quatenus concedere, possit, ut residuum de reditibus Ducalibus, ad litem contra Nobilitatem instituta impenderentur. - Summa itaq Sacrae Regiae Maiestatis Authoritas, Generosiq Ordinis Equestris //

singularis Dignitas, Dominorum Consiliariorum Supremorum suspensionem reddit, necessariam. Et quomodo quaeso fieri posset, ut hi, ob gravissima facinora commissa accusati, apud Nos Gloriosissimo Nomine Augusti III.ti totam provinciam regant, Jus dicant, cum tamen Varsaviae ceu Rei atrocissimorum imputatorum incusati, respondere teneantur.

Domini Consiliarii Supremi majores Prarogativas, Ceu Ipse Celsissimus Dux nullatenus sibi arrogare possunt, et inter omnes Constat, Dominos Consiliarios Supremos, statim post obtentum illud manifestum a Russorum Imperatrix, contra Ducem infelicem emanatum, sub duris admodum hisce Verbis: Duci Obedientiam denegasse; possibile non esse, ut talis Principis Nomine Regiminis munia ulterius gerant, quam gravi, memoratus Celsissimus Dux neq a Sacra Regia Majestate neq a Serenissima Republica Polonica accusatus, aut condemnatus erat, cumq Sacra Regia Majestas per Rescriptum de dato Hubertsburgi die 28.a Octobris 1741.e Justitium a Consiliariis Supremis introductum sublatum esse voluit, imperando illis ut Nomine Augustissimo Suo Regimen gererent ex presse declarando. Illi mandamus, quinterus Judicia Ordinaria Ducatuum Curlandiae a Semigalliae conformiter formulam Regiminis, ac si sub absentia Illustrissimi Ducis, Cujus Authoritatem et Nomen in Actis Publicis subscribere convenit, quvisq de Causa eius Famae tanqi aliqua nota Inficta cognoscatur &a. Hinc Generosus Ordo Equestris eo minus Dubitat, qui in hoc Casu idem Jus in Consiliarios Supremos statuendum, Generosus Ordo Equestris Jurisdictioni Dominorum Consiliariorum Supremorum eximendus sit, donec illi de criminibus Status atrocissimis a Generoso Ordine Equestri Ipsis imputatis debito modo sese purgaverint. Ad pedes itaq Justissimi pariter ac optimi Regis sui provolutus Ordo Equestris, Servitiis Sacrae Regiae Majestatis aeterna ac deligiasa fidelitate et devotione, vitam omnem ac Sanguinem suum devovet, certissimam fiducia fultus, justissimam Confirmationem Regiminis ad interim a Generoso Ordine Equestri petiti, consecuturum se esse, dum ille ex justis his rationibus Consiliariis Supremis et Publicam et privatam obedientiam usq ad finem litis denegare coatus est. &a Datum Dresdae die 31.a Augusti Anno 1751.e

Litera ad Illustrissimum Supremum Regni Cancellarium in simili materia Scripta.

Monseigneur.

Par la declaration ci jointe que j'ai l'honneur de presenter à Votre Excellence par ordre expres de la Noblesse de Duchés de Courlande et de Semigalle Elle s'apercevra que la ditte Noblesse n'est point du tout intentionnée de s'ecarter de la resolution, que je viens de proposer très humblement au Roi notre très gracieux Souverain dans un Placet presenté le 24. du Courant à savoir que la ditte Noblesse ne se puisse soumettre ni avec les Conseillers Supremes d'apresent à Des Dietes ni ailleurs Jurisdiction non plus, jusqu'à la gracieuse decision de Sa Majesté. - Penetrés des sentimens de la plus vive douleur nous ne nous sommes saisi de ce dernier remède pour sauver l'honneur, la liberté, et les loix qu'après que nous nous sommes aperçu evidemment que Messieurs les Conseillers Supremes forment des vices tout à fait pernicieux pour nous ruiner du fond en comble aux dépens du Serenissime Duc, contre l'intention expresse de Sa Majesté, et ce n'est que ce point terrible qui nous a forcés à penser à Notre salut et surete et à leurs extorquer sous les glorieuses auspices de Sa Majesté et la gracieuse protection de Mrs les Chanceliers de la Republique de Polongne cet espée qui leur fut bien confié pour l'administration de la Justice et pour notre surete, mais dont on ne se sert, que pour notre entiere ruine et destruction. Nos Ancêtres ont remis aux Serenissimes Ducs de la Courlande et de Semigalle les revenüs Ducals à un meilleur usage, que pour les faire servir seulement d'appui aux vües dangereuses des Mrs les Conseillers Supremes. Et comment est il a cet heure possible de douter encore un moment de la mauvaise foi et intention des susdits Mrs les Conseillers d'après qu'ils ont trouvé le moiien de s'opposer au dessein plein de grace de Notre très gracieux Roi et Seigneur et de refuser un accord qui leur fut presenté de bon gré de la Noblesse de Courlande, et quoi qu'ils tachent s'excuser sous ce pretexte d'importance comme si l'arrest du Roi touchant l'accord qui se doit faire ici leur avoit été retenü; toutefois je ne sais que trop, que Sa Majesté a fait savoir sa volonté plusieurs fois a Mrs les Conseillers Supremes, Jusqu'ici nous avons été le jeu de la Confusion la plus raffinée et d'une ambiguité tout à fait inconcevable mais à cet heure nous sommes las de nous faire amuser davantage à des bagatelles et incidens, c'est pourquoi nous sommes resolus de mettre au jour et dans une surete determinée et constante les justes plaintes de la Noblesse devant les Tribunaux des relations par l'entremise de l'Arrêt très juste de Sa Majesté. C'est le Ministére respectable confié si dignement à Votre Excellence qui nous donne un droit incontestable de Lui de la consolation et du secours dans cette protection dont Votre Excellence nous a honoré ff.

depuis l'an 1744. avec autant de zele, que de la sagesse et justice: Nous sommes encore penetrés a ce sujet des sentimens de reconnoissance la plus vive, et nous osons supplier tres instamment Votre Excellence de vouloir bien nous favoriser de son assistance generese dans cette situation critique de Notre Patrie, et de faire voir clairement a Sa Majesté la misere et la Patrie affligée et la necessité indispensable de la confirmation de la Regence ad interim. Ce n'est que le moien qui soit capable de retablir pendant le proces la paix et la tranquillité de la Patrie comme au contraire le Justitium, causé a cet heure des Conseillers Supremes, pourroit aisement faire tort a la surété publique etant constant que par la cessation du cours de la justice la porte est ouverte a la licence. La Noblesse de Courlande qui attribueroit la continuation de la paix, de la tranquillité et surété publique aux soins infatigables á la vigilance et protection de Votre Excellence seroit au contraire inconsolable si Elle nous laissoit sans secours et delivrances. Ce qui est pour moi j'aurai toujours la consolation et la satisfaction de n'avoir rien tû de ce qui rend necessaire la cessation du Justitium. Il me suffit d'avoir indiqué avec toute la fidelité, tout le zele et tout le devoir possible servant ma conscience l'horrible gouffre du degat, en bordé du quel nous nous trouverons.
Cependant il ne me reste rien que de recommander á la Protection de Votre Excellence l'accomplissement de mes voeux de meme que la Noblesse de Courlande et moi. Du reste je prie Dieu de maintenir toujours Votre Excellence en bonne santé et prosperité sous quels voeux qui sont si fideles que sinceres j'ai l'honneur d'etre Monseigneur. De Votre Excellence le tres humble et tres obeissant Serviteur Baron de Keyserling.

Oblata Instrukcyi do Jego Krolewskiey Mości Delegowanym Postom od Ziemi Dobrzynskiey Dnia 14e Miesiąca Września 1751e roku dana, z Grodu Bobrownickiego post Festum Sti Michaelis Archangeli tego 52 roku wyżta. — Actum in Castro Bobrovnicensi Sabbatho post Festum Sancti Michaelis Archangeli proxime anno Domini 1751.

Officium praesens Castrense Capitaneale Bobrovnicense Terrae Dobrinensis ad Oblationem Generosi Thomae Pinski, Nomine Partis Cuius interest, Instruktionem Magnificis Nuntiis ad Sacram Regiam Majestatem ex Terra Dobrinensi deputatis, Manuq Magnifici Mareschalci subscriptae, Sentibiscq sigillo communitae Reproducentis ad acticanq et acta hisce ingrossanda suscepit in tenore sequenti: Instrukcya do Jego Krolewskiey Mości Pana Naszego Miłościwego Wielmożnym Jchmościom Panom Seruatorom na Oyczyznie Oyczystemu Pisarzowi Grodzkiemu Bobrownickiemu y Jozefowi Karskiemu Łowczycowi Nozanskiemu Postom od Ziemi Naszeyna dzisieyszym Seymiku boni Ordinis zgodnie obranym w Lipnie we Wtorek wdzien Podwyższenia Swistego Krzyża to iest dnia 14e Września, Roku Pańskiego 1751e dana. Powinszuia tak Jego Krolewskiey Mości iako y Najiasnieyszey Krolowey dobrego od Pana Boga zdrowia, y szczesliwego do Państw swoich od Boga powracaiących przybycia. Podzistkuia Najiasnieyszey Krolowey Jey Mości, ze zdrowie Pana Naszego Małzenskim, a tak obfitobłogosławionym y zgodnym pożyciu y pielegnuie Staraniem. Winoszi oraz Cała Ziemia Nasza do Boga oczy, y serca, aby to tak miłe y swobodne bez naymnieyszey przykrości wiekuiste bog przedłużył wieki. Panowanie; Nie zamilcza, y tonależytey wdzięczności oddac trybut, ze za przyzornym Staraniem za mędremi y doskonałemi zabiegami, przy ocalonych związkach z Naymilszemi Monarchami, w słodkim y miłym pod nayrzadszą Straza y rządem Pana Naszego zostaie Krolestwo Polskie pokoiu. Acz Poczty y odgłos Publiczny donosi, iż Najiasnieysi Krolewiczowie Jch Mość maią przybyć do Polski, bliższe iednak tu bytności Najiasnieyszey Familii, Nam miłey, y Ulubionej, nasłuchiwać, osobliwie powinszowanie tak szczesliwego przybycia, iako y zdrowia dalszego Jch Mość Panowie Posłowie Audyencyą sobie uprosiwszy, z wszelkim quo par est Majestatibus uczynić będą powinni Uszanowaniem, prosząc aby ta Najiasnieysza Familia, iako z Jagiellonskiego pochodzącą domu a Nam w nieodmiennej zostaiącą Pamięci, Rezydencyą swoią wraz z Najiasnieyszym Panstwem kontynuować raczyli. Skarży się Ziemia Nasza, ze wustawicznych od Nanu Dudozinego zgoła iczay przez erokacye ultra Praescripta Legum odbieraiemy, oszpy, o Wydeckafy, o niepomiarkowane ustawiczne legata, w cłach y oppłatach; Skarży się że Dobra Szlacheckie Dobra dziedziczne, seruitio bellico y innym usługom Publicznym podległe codziennie zgoła, to przez nowe fundacye, to przez pia legata, to przez inne rożne wymyślne inuencye onerantur, nieznosnemi długami, tak dalece, ze podobno nie masz Woi takiey w Polszcze dzisiieszney, ktoraby duchownemi nie była obciążona Summami; Tak dalece, ze od racionowanie Dobra wszystkie Waszey Krolewskiey Mości Dystrybucie Jego podległe, oraz Duchowne cuius cunq

generis sint. Długi na Dobrach Dziedzicznych zalegle, Stan Rycerski ktory się nazywa fundamentem, y kamieniem węgielnym drugich Stanow, jednego się na jednej części mieszczy musi. Stanąwszy ten Szlachecki Stan Rycerski tak się rozradza w Państwach Waszey Krolewskiey Mości, że Miejsca sobie, nęg minimum domicilium do Ustronienia Głowy znaleść nie może. Jeżeliby rozsądzone rozstrząsnienie głęboko eventu aliter, bo się Ziemia Nasza zdy ex promissis iakie niconvenies nieznikneło, cum periculo Orthodoxae fidei. Są per Jura Regni obwarowane temu wszystkiemu zabiegi, lecz co potym, kiedy na extenuacyą Dobr Szlacheckich rożnych Stan Duchowny używa środkow, y niedozwolonych sposobow, ad extremationem szczupłych a zgoła 4ch zagonow Naszych. A dlatego Ziemia Nasza upraszа Waszey Krolewskiey Mości, abyś na przyszłym Seymie te okoliczności y to co ad Curiam Romanam, y to co do Praw Cywilnych należy, mocne miłościwie raczył przełożyć środki, y temperamenta. Spodziewa się Ziemia Nasza, że ad haec promissa Jasnie Oświecony Jasnie Wielmożny, y Wielmożny Stan Duchowny, Świecki, ktory iako pięknie świeci w Senacie y innych Subselliach, między Stanem Naszym zaszczepiony, y onymże nadziei potrzebny do zabrzezenia tey extenuacyi Dobr Szlacheckich y innym wyżey przerzeczonym inconvenienciom temperament Legibus Regni obwarowany, utrzymywać będzie. Acz krzesła Ziemi Naszey lubo minores Ordinis rozchodzące się aż po Małopolskich Woiewodztwach, a Ziemia nasza Poglowne za Dekretami Radomskiemi, lubo cum valva repetitione, ktorych by trzeba w Lublinie w Ruskich Woiewodztwach szukać, wypłacać musi. Wisi Supplikuie do Maiestatu Waszey Krolewskiey Mości, abyś wakuiącą Kasztellania Sypinską po Smierci Jmci Pana Nadziejowskiego za Urzędem Possessya swoią maiącego, ktorego Oczy Nasze nieznały, ten Wakans Jmci Panu Biegano-wskiemu y krwią bliską w Ziemi Naszey zaszczyconemu, y Possessye w tey Ziemi znaczne maiącemu, y na Sejmikach ustawicznie merytuiącemu; Podczaszstwo zaś Kowalskie post Ascensum Jgomości Pana Biegano-wskiego na Kasztellania Sypinską, Jmci Panu Seweryno-wi Oniatowskiemu Pisarzowi Grodzkiemu Bobrownickiemu w Ziemi Naszey dobrze zasłużonemu y znacznie z kolligowanemu miłościwie konferować raczył. ktora to Instrukcya Jmości Panu Marszałkowi podpisać y Grodu Bobrownickiego podać zlecilismy. Seweryn Oniatowski Pisarz Grodzki Bobrowniecki, Marszałek koła Rycerskiego, Sejmiku Kommissarskiego Ziemi Dobrzyńskiey manu propria. Originale Ipsius cirka acta Officii praesentis relictum ex actis Castrensibus Capitaneatibus Bobrovnicensibus descriptum. Lectum cum actis per Piniński Trzciński mp Locus Sigilli.

Instrukcya do Nayiaśnieyszego Krola Jmości Augusta Trzeciego Pana Naszego Miłościwego

Jaśnie Wielmożnemu Jmci Mości Xiędzu Dzierzkowskiemu kanonikowi Lwowskiemu, Jaśnie Wielmożnemu Jmci Mości Panu Floryanowi na Lubnej Lubińskiemu Pisarzowi Ziemskiemu Woiewodztwa Sieradzkiego Deputatom Trybunału koronnego Piotrkowskiego, Uproszonym y Delegowanym Posłom w Piotrkowie die 12a Mensis Octobris anno Domini 1757 dana.

1o Iako przykładne Rządy Publiczne prowidują bezpieczeństwo, Zwyczaie w Swoiey zachowuią Sytuacyi, Sprawiedliwości nieustanną czynią exhibicyą; Tę Nayiaśnieyszego Augusta IIIci Krola y Pana Naszego Miłościwego Stałkiego Panowania w Pokoiu pokazuią się skutki; Tak Jchmć Delegaci Trybunału koronnego Administratorem Justitiae Zaczynaiącego, nietylko Latitiam Publi, ale y wszechgulności do Utroż Collegio nay powinnieyszą Jego Krolewskiey Mości oddaią rekognicyą, cum desiderya nayobfitszego Jego Krolewskiey Mości Panowania y szczęśliwey Nayiaśnieyszey Familii pomyślności.

2o Do wykonania tak potrzebnego Swiętey Sprawiedliwości dzieła nietylko Oycowskiego Jego Krolewskiey Mości błogosławieństwa, ale oraz gratiosam Principis Dexteram, Jchmć Delegaci od Nayiaśnieyszego Monarchy exposcent. Et in hunc finem utrumq; Collegium, signanter Jaśnie Wielmożnego Xiędza Prezydenta, Jaśnie Wielmożnego Jmci Pana Marszałka Izby Naszey, tudzież Jaśnie Wielmożnych Posłow swoich y Jaśnie Wielmożnego Jmci Pana Jozefa Jaklińskiego Xięstwa Orzeczeńskiego y Zatorskiego Podczaszego, y Deputata, Dobroci Jego Krolewskiey Mości in distributiva gratia imitabunt.

3o Iż powinna Rekognicya in Simum Łaskawego Pana Naszego Miłościwego na Znak należącey Wierności mieć chce złożona, do Consensu tobius Aktu z podpisami Jaśnie Wielmożnych Prezydenta y Marszałka stwierdzamy. Xiądz Andrzey Łaicus Adrian Z. Kuiawski y Pomezański Prezydent

Trybunału Koronnego. Adam Małachowski L.O.P. Jego Krolewskiey Mości Marszałek Trybunału Koronnego.

Responsum na tez Instrukcya w zwyz mianowanym Delegowanym Posłom z kancellaryi Wielkiey koronney dnia 1. Miesiąca Października Roku Pańskiego 1751. Dany.

Posłowny Serce mam zawsze dla Oyczyzny, teraz zaś miłym dla każdego zwrotkiem Jego Krolewska Mość Pan Nasz Miłościwy zapatrzenie się na uspakajanie Ludu swego zgromadzenie, a iżeli zupełną ukontentowania zaprzyięciem tu swoim z tego odbiera Satysfakcya, tym bardziey iżeście, że Sprawiedliwość świata zawsze ogłasza się Najiaśnieyszemu Panu, iż pod szczęśliwym rządem Jego w Trybunale koronnym kwitnąca rozpościera moc y władzę swoię. Albowiem Jego Krolewska Mość Pan Nasz Miłościwy utrzymuiący osobą swoią, bezpieczeństwo kraiu całego, zgoda tego usilnym staraniem, aby y wiernieyszemu każdego własność ocalona była. Wczymże Zacny Trybunał Koronny, prace y fatygi swoie niezaluie, w chodzi szczerszey Intencyi Pańskich, wiernieyże Jego Krolewską Mość Pan Nasz Miłościwy, tylko się cieszyć stałk miłego trzymania rządów swoich. Zatym że Wielebnego Prezydenta dokonałość, Urodzonego Marszałka niestatygowana cnotość, Zasiadających Sędziów czysty y rozsądny Umysł, sedacie przy zwrotych Sprawiedliwości posiłkom, upewnia Najiaśnieyszy Pan, że rozpoczętych się Kauzach, Uczyniona tu Dobru Pospolitemu ofiarę, w Łaskawey zawsze pokorać będzie pamięci. Dan ut Supra.

Rescriptum Sacræ Regiæ Majestatis, quo datur facultas Magnifico Joanni Małachowski, Supremo Regni Cancellario Judicia Assessorialia Sedani, sive in alia Civitate, Ipsi bene visa, absente Regia Majestate judicandi Dresdæ 29. Mensis Octobris 1751. Anno expeditum.

Augustus Rex.

Significamus præsentibus Literis Nostris, Quorum interest, Universis et singulis. Quia Nos cupientes ut sub absentia Nostra in hoc Regno sibientibus Justitia administretur, Judiciaq; Nostra Assessorialia quo cursu agitentur, dignum esse censuimus Magnifico Joanni Małachowski, Supremo Regni Cancellario, facultatem et potestatem dare in absentia Nostra Regia Judicia Nostra Assessorialia Sedani, sive in alia Civitate Nostra Ipsi bene visa peragendi, Omnesq; Causas in Regestro dictorum Judiciorum inscriptas et inscribendas, judicandi; prout de facto damus et Concedimus præsentibus Literis Nostris, quas manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Dabantur Dresdæ die ut Supra videlicet 29. Mensis Octobris Anno Domini 1751. Regni Vero Nostri Anno VIII. Augustus Rex. Locus Sigilli majoris Regni. Adalbertus Rakowski Sacræ Regiæ Majestatis, Sigilli majoris Regni Secretarius manu propria.

ANNUS 1752dus.

Litera ab Excellentissimis Dominis Supremis Consiliariis totius Russiæ Gubernii Generalis et Regiminis Ducatus Livoniæ, ad Illustrissimum Supremum Regni Cancellarium in Negotio Spectabilis Petri Moller Civis et Mercatoris Regensis in Arce Rigensi die 22do Mensis Januarii 1752do anno Scripta.

Illustris Generosissime atq; Excellentissime Domine Comes.

Sacræ Regiæ Majestatis in Polonia Supremi Regni Cancellarie Ordinis aquilæ albæ Eques. – Ad Illustre hocce Sacra Cesareæ Majestatis totius Russiæ et Generale Gubernium eiusdemq; in hoc Ducatu Livoniæ Supremum Regimen constitutum Civis et Mercator huius Urbis Regensis Petrus Moller iteratis suppliebus precibus deduxit, quod cum Fratrem suum ex compatriotis Joannem Christophorum Boïi est Civem Revalensem de summa 2700 Thalerorum Albertinorum, per Obligationes hypothecarias contracta eorum Magistratus Revalensi, tam quam in foro Domicilii in Judicium vocaverit. Causa hæc a fratre eius modo commemorato, postquam eam per aliquot Annos jam protelaverat, porro Cautionem de reconventione quærens, a Magistratu Revalensi repulsam tulerat, ad Illustrissimum et Supremum Judicium Assessoriale per Appellationem fit devoluta, qua propter initio nominatus Moller suppliebus precibus rogavit, velimus apud Vestram Excellentiam pro illo tanquam Sacræ Cesareæ Majestatis, Subdito et huius Urbis Regensis Cive, intercedere, quo citius promptissima Justitiæ administratione perfruatur; Cum itaq; suis hisce precibus omnino annuendum esse arbitrarisimus, iteratas has literas intercessionales ad Vestram Excellentiam exavare, et transmittere decrevimus, quippe qui Vestram Excellentiam hisce obnixe et amice rogamus, obsecramus, ut supplicanti Petro Moller propensum Animum præbere, Causamq; eius ingvantum Jure et æquitate nitatur, ea qua pollet Authoritate in Judicio Assessoriali Regio, Supremo, propediem terminare dignetur: Quam benevolentiam in pari alioq; Officioso Casu quocunq; vicissitudinem to diligenter et amice promereri studebimus hisce Vestram Excellentiam Divinæ Protectioni commendantes. Datum ut Supra. Sacræ Cesareæ Majestatis totius Russiæ Gubernii Generalis et Regiminis Ducatus Livoniæ Supremi Consiliarii. Joannes Christophorus LB à Capenhausen D Bernhard Theodorus Haussdorff Generalis Gubern. et Regni Secretarius.

Responsum ad eadem ab Illustrissimo Supremo Regni Cancellario die 18vo Februarii Mensis 1752do Anno Domini Revalo datum.

Excellentissimi Domini &c.

Sed absoluta hic Revalæ Negotia, ad tranquillum huius Civitatis Statum videndum esse regulantia dum differre Judiciorum Cursum ad aliud tempus Varsaviam visum sit mihi jam extrajudicialiter commoranti redditæ sunt mihi Literæ ab Excellentissimis Dominationibus Vestris de data die 22do Januarii Anni huius exaratæ, quibus Causam Mercatoris Regensis cum Mercatore Revalensi Boïi est judicialiter proponendam, recommendant, certe Officii mei id duxissem, ut ad huc hic Causam hanc quantocius expedivissem, si translata Juris dicto in alium locum et tempus non eripuisset mihi occasionem parendi desideriis illorum. Nihilominus quam primum Judicia reassumi mandabo, negotii recommendati prompto animo memor ero, ac omnia fausta a deo Te optimo voveo circa Officiorum meorum omnimodam Excellentiis Vestris promptitudinem &.

CLARIFICATIONES

Aliquorum Articulorum Ordinationis Sacræ Regiæ Majestatis de anno 1750o die 20o Julii Varsaviæ emanata die 4to Mensis Februarii 1752do anno Revalæ Consignata.

Ad S 4tum.

Ut vero Circumstantiæ et modus Consultationum bono Ordine procedant, quatenus Ordines die et hora a Nobili Præside sive Magistratu determinatis, tempestive se congregent, et ad Prætorium ff

condescendant, nec unus Ordo, aut singuli in Ordinibus existentes sine alio Ordine discendant, nisi soluta per Nobilem Magistratum Sessione, præmisso immediatæ Articulo adiiciendum esse censemus et adiicimus. Ad S. 5tum,

Cumitaq̃ præsens moderatio accisarum mediante Ordinum Concluso, in hocce Articulo indigitato subsecuta est, ita imposterum licitum sit Ordinibus, Novas Collectas pro necessitate publica indicere, easq̃ ad tempus duntaxat per Ordines præfinitum Continuare, nec unus Ordo, sine reliquorum Ordinum Consensu dictas Collectas abrogendi potestatem sibi præsumat: Pecunia vero ex talibus Collectis provenias, non in alios Usus, sed ad quos destinata fuerat, expendant, promisso Articulo superaddimus & ordinamus.

Ad S. 6tum.

Cum itaq̃ in præmisso Ordinationis Articulo, tres fundi pro restauratione fossarum sint destinati, et hi. si et quatenus dictæ restaurationi non sufficerint: licitum sit Ordinibus, Summam eidem reparationi impendendam in fidem publicam mutuo accipere et contrahere, acceptamq̃ et contractam ex iisdem met fundis una cum Provisionibus successive refundere et exolvere, superaddendum esse Censemus et Superadditum. Opus autem supradictum restaurationis fossarum, quatenus intra biennium a data præsentis Decreti, perficiatur, demandamus.

Ad S. 7mum.

Ne autem de Confirmatione Nostra oriatur Controversia, taliter præmissum Articulum dilucidandum esse censemus, quod scilicet Plebiscitum de materia immutabili et pro lege perpetua haberi debita Confirmatione Nostra indigere. Quæ vero negotia sint eum tempore mutabilia, indigendo, minuendo vel abrogando, facultatem Ordinibus, ad mentem Privilegii Serenissimi Casimiri, Anni Millesimi, Quadrigentesimi, quinti, scisendi Plebiscita, salvam manere declaramus. Utq̃ eius modi revisio præmisso Articulo fieri demandata, intra unius anni spatium ab actu præsentis Decreti, absolvatur. Statuimus.

Ad S. 8vum.

Ne vero pretextu per hunc Articulum ademptæ esse dispositio et Voluntas Testatorum, præmissum Articulum taliter clarificandum esse statuimus: Ut nimirum dum Testatores a perturam seu resigillationem Testamenti certis Personis commiserint, quod vulgo in tegro Testamenti inscribitur, talia Testamenta non aperiantur, nisi ad requisitionem Eorum, quibus Commissum fuit. Quodsi autem illi, quibus resigillatio commissa est, eandem retardaverint, hoc Casu post elapsum ad summum unius Anni spatium, a Judicio moneatur, postquam quidem monitionem, Judicium Scabinale in Sex Septimanis Terminum resigillationis haeredibus præfigat, Sanctionamus. Admissa quoque intervention Venerabilis Capituli Vladislaviensis, sive et aliarum Ecclesiarum Romano Catholicarum Nomine, ad eundem Articulum facta, justum esse Censemus, ut quæ de bis Corporibus et legatis, tum Testamentis, præmissus Articulus inse comprehendit, ea quoq̃ Ecclesiis Romano Catholicis inserviant, statuimus. Executio vero præmissi Articuli, quatenus intra Spatium unius Anni a Decreto presenti computando, sub rigore in eodem Articulo expresso, perficiatur, demandamus.

Ad S. 9num

Cum coercitio mediorum, et refugia in hoc Articulo disposita, moram non patiantur, ea propter dicti Articuli executionem, a data præsentis Decreti in Spatio duorum Mensium peragi, præcipimus.

Ad S 13tium

Obviando quoq̃ et in hoc puncto sinistræ interpretationi, taliter disponimus: ut quid quid ex productis Privilegiis, aliisq̃ Literis hac in Articulo indigitatis, Nobilis et spectabilis Magistratus Juri Communi aut Civitatis, adversum deprehenderit, Nobis mediante sua informatione pro obtinendis promptis remediis, humillimi exponat, injungimus.

Ad S 15tum

Ut vero bonus Ordo in ædificio emporetico eo magis promoveat ea propter quanto citius Ordinationem dicti ædificii vulgo Packhaus Ordnung dictam, Ordines Conficiant et promulgent, superaddimus.

Ad S 17mum

Siquidem in Articulo prædicto continentur etiam Villa Schidlitz, respectu cuius Decidatæ Monialis Sanctæ Brigitæ Conventus Dantzensis intervenient; ideo dictis Monialibus etiam agendi in præmissis reservamus. et interim prædictum Ordinationis Articulum non ultra bona civitatis regulari debere statuimus.

Ad S 22dum aut 21mum

Quoniam determinatio præmissi Articuli super Sequestratorio Ordinibus est præcommissa, ideo dicti Ordines inter se conficiant, et quæ Utilitati Civium et Commerciorum Conveniunt, Constituant, demandamus.

Ad S 24tum aut 23tium

Ne tamen Præsides habeant, quod conquerantur, de amissa salarii sui parte, præter summam mille florenorum adhuc ex Commeatu Judæorum tempore Nundinarum eisdem summam mille quingentorum florenorum adaugendam et ex accisa numerandam esse Censemus, quoniã illis de salariis provisum non fuerit, religuum vero ex premissis Commeatibus ærario Publico, prout in dicto Articulo continetur, cedere debere, Statuimus. Obviando autem damnis eventualibus occasione hujus distributionis emanandis, ne aliquid cum præjudicio aliorum Civium attentetur, præcavemus. Quantum vero Judæi pro literis Commeatus in Camera accisarum solvere teneantur, Ordines quanto citius determinent, et ne ultra Constitutum quantum plus extorqueatur, strictè prohibemus.

Ad S 31mum aut 30mum

Ne vero Bancirupteres putent per literas Moratorias Nostras a solutione debitorum se immunes et liberatos esse, Ideo obviando siniestræ præfati Articuli interpretationi, superaddimus, ne Creditores defraudentur, et Bona Debitoris dissipentur, ea debere observari quæ in Ordinatione Civitatensi contra Bancirupteres Anni 1731 facta et publicata erant, sancimus et declaramus.

Ad S 32mum aut 31mum

Prout sub Articulo Septimo, Titulo de Plebiscitis, ita et præsenti Articulo, ut Ordinatio Civitatensis, quatenus perpetuitatem in se Comprehenderit, et pro lege immutabili conferri debuerit, in hoc duntaxat Casu Confirmatione Nostra roborando ita declaramus.

Ad S 36tum aut 35tum

Ne vero per præmissum Articulum intelligatur siniestre de expensis Ordinariis consentiente Jurisdictione solvendis, ea propter explanamus, ut exolutio promptæ expensarum Ordinariarum, prout sunt Salaria officialium, Stipendia Præsidii, mercedes pro Operariis, sumptus Ordinarii reparationum, Provisiones a Summis Capitalibus, et alia similes, quæ iam ab Ordinibus sunt constitutæ, vel exposit constituendæ, a nullo Cameræ Assessore sub ullo unquam prætextu impediri et recusari debeat, sed statio tempore absque, qui Cassam tenet, peragatur. Quia vero Concordatis Anni 1670. cautum est, quod Nobilis de Spectabilis Magistratus, etiam irregressis Ordinibus, Summam de expensis decem Millium Florenorum pro expensis extra ordinariis et moram non terentibus ex Camera levare possit: Ideo circa præmissi Concordati punctum conservatur pro tollendis vero reliquis difficultatibus Ordinamus: ut Judicio Cameræ certos dies tam pro recipiendis proventibus, quam etiam exolvendis expensis constituat, constitutosq; dies ad omnium notitiam deduci faciat: Quantum spectat abrogationem Cassarum particularium, ita clarificamus, scilicet non abrogandas esse propterea functiones particularium, ita clarificamus, scilicet quo potius commissa sibi negotia in posterum continuent, illud tantum præcavetur, ne peculiares amplius reditus tales functiones recipiant, se vel ex Cassa Cameræ, vel subsidiali, necessarias, suis functionibus, pecunias, registrant, et de receptis Summis Anno effluxo Ordinibus rationes reddant; De cætero omnia et singula in Decreto Serenissimi Joannis Tertii et Concordatis ratione Administrationis Cameræ Sanata, ut exacte observent, statuimus.

Ad S 37 aut 36tum.

Cum vero de Calculis coram Commissariis Regiis reddendis Statuta Sigismundi primi et Decretum Serenissimi Joannis IIIti sufficienter disponant; Ideo ad mentem eorundem Statutorum ac Decreti, quatenus, suo tempore Calculi reddantur Statuimus.

Ad S 39. aut 38vum

Ut autem immediatus Articulus interpretationi non subsit, taliter clarificatur: quatenus Coloni in Judicialibus, ad Administratores, et ab his ad Nobilem et Spectabilem Magistratum Consularem, in Negotiis vero Censuum et aliarum pensionum ad functiones, et a functionibus ad tres Ordines recurrant. Quod autem ad libros fundorum, et dum fundis aliquid inscribendum, aut in inscriptionibus aliquid mutandum, tunc Coloni administratores suos adeant, dicti vero Administratores, quæ Juris et Justitiæ erunt, decernant, ipsam autem inscriptionem coram functione peragi faciant. Quantum respicit Capitationem Colonorum quoniam hoc Articulo tacta Capitationis Ordinibus præcommissa fuit, ea propter, quatenus iidem Ordines, ne Populus gravetur, considerent, et pro æquo ac justo Negotium determinent, injungimus.

Ad S 43 aut 42tum.

Cum vero Administratores nondum sibi salarium provisum habent; ideo ut Mercedes ex locatione Venationis provenientes iisdem Administratoribus tam diu cedant, donec Articulo 62to Titulo de Salariis satisfactum fuerit, declaramus.

Ad S 46to aut 45tum

Cæterum ne imposterum Nobiles Burgrabii in ullo casu nisi pro Consilio ad Nobilem et Spectabilem Magistratum Gedanensis in Negotiis officio suo Burgrabiali competentibus recurrere audeant.

I casibus autem obvenientibus dubiis ad Nos et Successaneos Reges Poloniæ Jese referant, et informationes petant, in hærendo Decreto Serenissimi Joannis IIIti 1678. lata Statuimus.

Ad § 49 aut 48vum.

Obviando et in hoc Articulo cuivis dubietati, Nota antiqua verba omnibus Ordinibus inserenda esse, declaramus, simulq; præcavemus, ne in hoc Casu Secundus et tertius Ordo maiorem Authoritatem, quam Juris de Jure competit, vindicet, ad iaveniamus.

Ad § 52 aut 51mum.

Cum et super hoc Articulo dubietas dubietates formari possent, ideo easdem tollendo explanamus, ut Cognitio Judicialis super Causis fisci, Officio Nobilis et Spectabilis Præsidis tota manere debeat. Cum autem per Sententiam decisum fuerit, cuius modi Bona fisco cessisse, extunc occupatio et Dispositio Bonorum ad functionem Camera pertineat.

Ad § 54e aut 53tium

Ne vero præscriptus Articulus ad omnem Casum trahatur, taliter ipsum intelligendum esse; Quod scilicet insurgenti et indispensabili Casu licitum sit, Ordinibus Numerum Militum augere, et Rationem Quoti Muneri Nobis reddere et exponere, declaramus.

Ad § 64e aut 62dum

Cum vero Salaria fixa ea propter iuni Constituenda, ut accidentia aliter disponantur: Ideo ut negotium hoc quantocitius perficiatur, demandamus. Quodq; vero factum non fuerit, Officia quævis et Judicia circa ea, præter accidentia tamen à Nominatione Judicum grabiorum et Judo Langgartensi ex eadem, minuenda esse Censemus.

Ad § 67. aut 65tum

Et quia in hucusq; practicatum fuit, quod stante paritate Votorum in Scabinatu, Consentientibus licet reliquis Ordinibus, nihil decidi poterat, ob non pluralitatem Votorum Scabinalium, ea propter obviando futuris inconvenientiis, punctum præmissum taliter illustramus; quod scilicet cum Primus Ordo et Omnes Quarteria superaliqua propositione consenserint, protunc cum Scabinorum tertia pars in Negotiis minoris momenti, in gravioribus vero dimidia pars cum dictis Ordinibus convenerint; Nobilis Magistratus Conclusum facere possit, et valeat.

Ad § 68. aut 66tum

Ne prædictus quoq; Articulus in Sensum non Cogitatum trahatur, ea propter taliter intelligendum esse ne Merces Civani extrahendæ, sive vivendendæ per alium portum qm per Gedanensem incantur, idque pro avertendo damno Portorii et ipsorum Civitatis commerciorum, exceptis Casibus bellj, aliisq; indispensabilibus necessitatibus, Statuimus.

Ad 69e aut 67mum

Quoniam in præcedenti Articulo de arcis etiam Ecclesiasticis dictum est, idem quod etiam Provisores ecclesiarum atq; Administratores Bonorum Ecclesiasticorum ad reddendas coram Deputatis trium Ordinum rationes teneantur, Statuimus.

Ad § 73 aut 71mum.

Obviando quoq; ut Articulus præcedens alicui explicationi non subsit, sensum eiusdem taliter accipiendum. Quod nempe gravamina Contuberniorum, cum Consilio et auxilio Ordinum aboleantur, illa, quæ genus Commerciorum aliquo modo afficiunt, reliqua vero scilicet Jura Contubernii particularia, à solo Nobili Magistratu dependeant, explanamus; Attenta vero expositione Nobilis et Spectabilis Magistratus, ratione Juramenti, per Seniores Contubernales vulgo Aelterleute præstandi, determinavimus, ut hi qui iam Munus Senioratus obierunt, et Juramentum super Senioratu præstiterunt, si accideret illos iterum a Nobili Magistratu in Seniores Constitui, præstua evitando Juramenta, super eodem Senioratu iurare amplius non teneantur. Nota tamen Juramenti olim præstiti, Eisdem Senioribus perlegatur, et dicti Seniores ad servanda Juramento admoneantur, Statuimus. Qui vero nondum Munus Senioratus à Magistratu collatum gesserunt, quatenus Juramentum, ad Præscriptum Ordinationis expleant advenimus.

Ad § 74 aut 72dum.

Supradictus Articulus de Notariis Regiis disponens, cum dicat in Virtute Decreti Serenissimi olim Joannis IIIti 1678 Anno lati; quod Nobiles Burgrabii prævia informatione à Nobis obtinenda, Notarios contra Juramentum Officii sui agentes puniant. Ne itaq; large id sumatur, quatenus ea causis fundi et Contractuum Jurisdictioni ordinariæ, interioribus quoq; actionibus Judicio Burgrabiali sine informatione Nobis faciendæ fidem Notarii subsint, declaramus.

Ad § 75e aut 73tium

Et quia Braxatores suum Contubernium vulgo Brauerzunft, eiusq; Statuta renovirus Articulos //

Contubernales per Serenissimos Reges approbatos habuerunt, et habent, ideo ut ea Nobilis et Spectabilis Magistratus ad Executionem Seduci curet, iniungimus. Quod si vero alia habuerint iusta desideria, signanter ratione erigendi alicuius fundi, pro sublevandis Viduis et Orphanis Braxatorum, ex privatis suis Collectis, ut Nobilis Magistratus iis Annuat, jam autem Lamisiis et Capitalmentariis Articulos seu Statuta, provideat, integra manente eiusdem Nobilis et Spectabilis Magistratus in concedendis et formandis dictis Statutis ad mentem Privilegiorum hac in re disponentium potestate, demandamus, idq; in spatio Sex Mensium a data presentis Decreti computando.

Ad P. II. Act. 15e tum.

Cum vero post promulgatam Varsaviæ Ordinationem de Segregationem Nobilis et Spectabilis Magistratus, Honoratus Tertius Ordo ad promovendam Causam & litem presentem necessitatus fuit idem iustum esse censemus, non tantum eas expensas, quas ad actum respectæ Ordinationis idem Honoratus Tertius Ordo erogaverat, sed etiam quas in hucusq; tempus tulit, ex erario communi refundendas, & deprimendas esse; jam vero Nobilis et Spectabilis Magistratus, quia per contra expressam renitentiam suam, occasionem Liti præbuit, præfato beneficio refusionis post actum Ordinationis: impensis duntaxat in Deputatos a Nobis vocatos, et sub presens Judiciorum tempus erogatis exceptis, ipsum non gaudere Statuimus; Et quatenus impensæ Omnes Honorati Tertii Ordinis, Eidem Honorato Tertio Ordini, in triduo a data presentis Decreti computando, ex æratio Civitatis Zulaga dicta, de promantuo, et eidem Tertio Ordini refundatur, sub rigore in memorata Ordinatione expresso, et in Casu Contravencionis irremissibiliter extendendo, Statuimus. Si vero æratium Civitatis et Cassa Zalaga dicta, præfatis Honorati Tertii Ordinis impensis non sufficerit, tunc ratione illarum, aque ac expensarum Nobilis Magistratus ad actum Ordinationis de die 20 Julii 1750 tum pro Deputatis atq; sub tempus presentium Judiciorum, factarum, quatenus Ordines in una Septimana mediante suo Concluso modalem modum supra præmissis adinveniant, et in fidem Publicam summam dictis impensis correspondentem contrahant, Statuimus &. Actum Sedani Tertia dicta post Festum Purificationis B. V. Mariæ, proxima die Solis et Quarta Mensis Februarii Anno Domini 1752. Regni Vero Nostri 19e Anno. Locum Sigilli. Joannes Malachowski Supremus Regni Cancellarius manu propria Relatio Illustrissimi et Excellentissimi Domini Joannis Comitis in Konskie et Białaczew a Malachowice Malachowski, Supremi Regni Cancellarii, Opoczensis, Chotoczensis & Capitanei.

Copia Literarum ad Sacram Regiam Majestatem a Magistratu Sedanensi, quibus implorant ut Præ Consuli Wahl et Consuli Schroeder jam in octavum Mensem absentibus, redeundi Dresda in Patriam facultas Clementissime concedatur. Sedano die 1e Mensis Februarii Anno Domini 1752.

Serenissime et &c:

Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ, Providentiam et curam vere Paternam, quæ Urbis huius per Civiles dissensiones admodum concussæ Salutem sustinuit firmabitq; ea qua fidelissimos Subditos decet pietate veneramur, Deum precantes, ut hunc Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ erga Civitatem Animum pacatum esse vehementq; illa Culpa aliqua Nos indigna reddi sinat unquam. Non aliud adversus mala, quibus modo conflictabamur, efficacius Sacræ Regiæ Majestati Vestræ visum est remedium, quam si habito apud nos assessoriali Judicio Ordinationis Regiæ Executio, ex qua intestina pendebat Tranquillitas, per Decretum Omnibus Ordinibus præciperetur. Successit Sapientissimum Consilium, labq; a Judicio Assessoriali Decreto, exagitatæ diversorum Mentes, paulatim concidere cœperunt, et qui modo in Partes distracti in commune consulere. Sedes erunt Domini Cancellarii, qui Patriam Voluntatem, Nostrum Studium, Nostram alacritatem coram viderunt, et quam facites ac promptifacerimus, ad submovenda ea, quæ Concordiam morari et Ordinationis ex Decreti Prescripto executionem retardari potuissent: quæ ut peragatur, iam Omnium Ordinum una est Cura, unus Labor, ut ex iis, quæ Omnium Consensu iam constituta, et reliqua complectum iri, fidenter colligere liceat. Si arguimur retardasse antea Ordinationis executionem, si retardatio ista Culpa dicenda, non vobi retardavimus, neq animi culpa, sed ex Opinione Officii non improba, a Crimine vero abstinimus quam longissime. Si tamen arguendi sumus, argui possumus, quod forsan nimis anxii, nimis cauti, nimis providi ideoq; excusandi, quod Antiquitus instituta mutari, et nova induci debebant. Nunc quoniam capit Ordinationis executio, et per Nos ne utiquam stabit, quominus ultima imponatur manus, Sacram Regiam Majestatem Vestram, qua est etiam in eos, qui deliquerunt, indulgentia Nobis, si precavimus, veniam negaturam haud esse plane confidimus, nec facile illustrius reddita gratiæ documentum fuerit, quam si Præ Consuli Wahl et Consuli Schroeder, iam in Octavum Mensem absentibus redeundi Dresda in Patriam facultas Clementissime concedatur. Ægre his Nostris Collegis ad hue Carumus, et unquam, alias certe hoc tempore, ubi multa in Regimine ff.

ahiter Ordinanda, Consilium Eorum et operam desideramus. Nos omnes pro Iis supplices uno ore Clementiam Sacrae Regiae Maiestatis Vestrae orantibus, alias promptam et obviam imploramus. Demississimis Nostris precibus locus dabitur, et datumiri nilli dubitamus, sanda est in Clementia Sacrae Regiae Maiestatis Vestrae fiducia! reliquis in Nos beneficiis, quorum ingens est numerus, maximus accedet cumulus, et cum gratiam referre nequeamus, Deus referet, qui Sacram Regiam Maiestatem Vestram incolumem florentemq servabit quam diutissime, et Augusta Domus felicitatem habebit esse perpetuam, quae semper maximam Europae partem diffundet, cum Augusti IIIe sanguis, maximae Europae parti imperaturus sit.

Litera ad Illustrissimum Supremum Regni Cancellarium a Nobili Wernick, Sedano die 26to Mensis Februarii 1752o anno Domini scripta.

Illustrissime et &c.

Prout Illustrissimam Excellentiam Vestram nuper, quod Deus faxit, feliciter huc abeuntem Omnes boni vobis ardentissimis prosecuti sunt, maximum Civitatis huius Benefactorem aeterno pietatis cultu memoriae suae, in pium servaturi, ita veneranda Illustrissima Excellentia Vestra Imago etiam mihi, tabulo tantarum Virtutum Spectatori et admiratori indesinenter ante oculos versatur, animoq gratissimo adeo inhaeret, ut nulla unquam temporis Vicissitudine deleri queat. Et satis omnino Causa mihi quoq esse puto, ob quam mente revolvens mea, quanta bona Civitati huic ab Illustrissima Excellentia Vestra procurata fuerint, Justitiam eiusdem immotam, summam humanitatem, animi demq fortitudinem et Constantiam effusissimis laudibus publice praedicare Jure, meritoq teneor. Tali nempe Judice opus erat illi, quorum Causam satis ita volentibus agere coactus fueram: Causam quae perdita fuisse, imo incommoda maiora adduxisset, nisi Illustrissima Excellentia Vestra manum Nobis porrexisset, gratiosissimam, agnoscunt Omnes mecum unore incomparabile beneficium Sacrae Regiae Maiestatis Domini Nostri Clementissimi, per Illustrissimam Excellentiam Vestram Nobis exhibitum: Gratias agunt Patrocinio suo quas possunt maximas devotissimas, humillime supplicantes, ne Illustrissima Excellentia Vestra desere velit, quos tam feliciter servavit, quin potius suo apud suo beneficio Ulteriori, sua Providentia et Paterna Cura perpetuitatem conciliare dignetur; di forte, quantum potui de bono Publico no male meritus sum inco, quod afflictis tenuem Opellam meam commendaverim, certa tane sustentor spe, Illustrissimam Excellentiam Vestram, validissima sua Protectione, me Fortunamq meam benignissime esse suffulturam; Quod ipsum ab Indulgentia Illustrissima Excellentia Vestra supplex Mihi promitto, saneiste simul spondeo, nihil antiquius, nihil prius mihi futurum, quam ut omni modo perennatura illam testor devotionem, qua immorio. Illustrissima Excellentia Vestra obsequentissimus Servus Sothista Wernick.

Responsum ad Praecedentes ab Illustrissimo Supremo Regni Cancellario konscii die 6to Mensis Martii 1852o anno Domini datum.

Nobilis et Spectabilis.

Gratissimo quo par est animo accepi Literas Nobilis et Spectabilis Dominationis Vestrae immediate post adventum meum huc, quae me de perpessis in itinere incommodis abunde restaurant, cum viderim non ingratis venisse, sed honestissimis Civibus, qui memora retitulae, per me tranquillitatis in Civitate et inter Ordines Concordiae, illum mihi reddunt laborum meorum fructum, quem Unicum desideravi, ut grati erga Regem, erga Patriam, et erga me inposterum submissione et devotione adversus erga Sacram Regiam Maiestatem continuant, perfectam in Civitate tranquillitatem colant, et Me Sincera gratitudine et amore prosequantur; Illud mihi iucundius adhuc accidit, quod Testimonia haec Amoris Publici mihi exhibeantur, per Nobilem Dominationes Vestram, quae de totius Communitatis benevolentia et fiducia dignam reddidit, atq existimatione omnium. Quod plenis Votis Inclyta Communitas confidat in sollicitudinibus meis, ad sustinendum onus, quod tanta Cura consumare Conatus sum, gratus Eidem Meo Nomine referat, atq insimul certiorem faciat, me ad dies, quos Deus Optimus Maximus concedet, omnem daturum Operam, ut civitas in perpetua tranquillitate maneat, rerumque Suarum incremento fruatur. Quod superest, nobis Nobilem Dominationem Vestram unquam dubitande meis favore Illius Personae, atque aeportunarum Officiis, ad quae humanco, debantur ut supra.

Copia Rescripti, quo Magistratus Sedanensis a poenis ratione Controventionis

Ordinationi Sacræ Regiæ Maiestatis clementer absolvit augustus Rex &

Significamus &. Quia exorta in Civitate Nostra Sedanensi inter Magistratum Consularem, et Reliquum Ordinem, Contentione, variis querelis ad Nos delatis fatigati, cum pro meliori bono Civitatis Ordinationem die 20ª Julii 1750ª Anno Varsaviæ confecerimus, eamq; publicare et exegvi demandaverimus; Decretum autem Judiciorum Assessorialium Sedani celebratorum die quarta Februarii Anni præsentis prolatum, Magistratum ex retardatione executionis præfatæ Ordinationis Nostræ, contravenisse ad invenit, et pœnas incubuisse declaravit, ac pro qualitate earum decernenda; Causam ad Judicia Nostra Relationis propriarum remisit. Præfatus autem Magistratus Consularis per Certos Consiliarios Nostros Nobis supplicavit, ut Ipsos ab onere Causæ absolveremus, de in in vim veri debitiq; Obsequii sui per Deputatos suos submissime se ordinationem in Omnibus punctis executurum et observaturum appromisit, et condonationem pœnarum expetiit. Nos propenso semper ad Clementiam Animo, habitoq; veræ pœnitentiæ Magistratus Consularis Civitatis Sedanensis respectu, præfatum Magistratum à Causa et actione per Decretum Judiciorum Nostrorum Assessorialium die quarta Februarii Anni præsentis ad Judicia Nostra Relationum propriarum remissa liberamus, ac ex plenitudine Potestatis Nostræ Regiæ a pœnis quibus vis ratione Contravention is sæpe nominatæ Ordinationi Nostræ absolvimus, illumq; in Gratiam Nostram recipimus; Mandamus nihilominus, ut Magistratus Consularis in debito Officii sui obsequio se gerat, Ordinationem et Decretum Judiciorum Nostrorum Assessorialium in Omnibus punctis observet, et ab aliis observari curet, sub nullitate absolutionis a pœnis præsenti Diplomate Nostro remissis. Quo vero ad sponte et libere ex propriis facultatibus per Magistratum oblationem, decernimus, ut Consules Georgius Simon à Bemeln, Ludovicus Gottfried Lausen, et à Contributione circa eandem oblationem sint exempti, neque ab illis, neque a Publico erario Ullo unquam tempore, ullog; pretextu sub pœna duplicis Solutionis, aliquid sibi refundi faciat, aut exigat. In quorum fidem præsens &.

Literæ ad Illustrissimum Supremum Regni Cancellarium a Præ Nobili Magistratu Sedanensi, quibus demisse obsecrant, ut Intercessione sua, ac Valentibus Demonstrationibus Sacræ Regiæ Majestatis plenam Gratiam eis conciliare dignaretur, ut obtenta dimissione Collegarum Suorum, ac Culpæ benignissima venia, ab omni in futurum liberentur metu. Sedano die 3ª Mensis Martii 1752ª Anno Domini scriptæ.

Illustrissime &.

Quando post exantlatos præstituendæ tranquillitate et Concordiæ in Urbe hac labores, Illustrissimam Excellentiam Vestram destinatum suum feliciter confecisse iter, exoptatisq; dulcissimæ Gentis suæ complexibus, iam nunc redditam fuisse, firmiter Confidimus, prima, quæ Nobis hesc Offert, occasione, Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ letum hunc ad suos reditum demisse gratulari, maximasq; simul, quas possumus, pro innumeris suis per totum Commorationis suæ apud Nos tempus, in Nos et hanc Civitatem collatis beneficiis, agere gratias, pro singulari erga Illustrissimam Excellentiam Vestram veneratione Nostra haud intermittimus. Facit præterea summa, qua de Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ benignitate in Nos, Nobis semper fuit, nuperaq; Sua apud Nos præsentia maxime adaucta, fiducia, ut novas quibus gravi Nostro facto nunc denuo obstricti sumus, difficultates, Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ ingenue deferamus, Eiusdemq; humanissime Nobis promissum Patrocinium salutaremq; inis opem observantissime imploremus. Supplicatum fuerat Sacræ Regiæ Majestati Domino Nostro Clementissimo die 11ª Mensis præteriti Literis Nostris submississimis pro Collegarum Nostrorum deinde ad huc commorantium, benignissima dimissione, additis humillimis precibus pro impetranda ab Indulgentissimo Principe, omnis Cuius Conscii Nobis esse poteramus Culpæ Nostræ venia. Porrecta fuerant eadem una cum Apographo Literæ Illustrissimo ac Reverendissimo Domino Regni pro Cancellario Dignam feliciter reduci, quem, ut Nostra desideria apud Sacram Regiam Majestatem validissima sua intercessione suffulcire dignaretur, aque ac Illustrissimum et Excellentissimum Dominum Primarium in Saxonia Ministrum seperatis enixissime eodem die obtestati fuimus Literis. Sperabamus hancce Nostram submissionem testimonio Illustrissimi ac Reverendissimi Domini Pro Cancellarii de promptissimo in executione decreti Regii Obsequio Nostro junctam dudum exoptatam ad Aulam Regiam Ablegatorum Nostrorum dimissionem facile obtenturam, precluso; fore ad huc Nobis inestimabilis Gratiæ Regiæ aditus simul aperturam. Quo majores vero fuerant spes Nostræ, eo acerbiori

cum animi dolore tam ex responsoriis Illustrissimi ac Reverendissimi Domini Regni Pro Cancellarii die 22ª eiusdem Mensis ad Nos gratiosissime datis, quam ex relatione modo dictorum Collegarum Nostrorum intelleximus communicato cum Illustrissimo atq; Excellentissimo Domino Primario Saxoniæ Ministro istarum ad Sacram Regiam Majestatem Literarum apographo, displicuisse in isdem Domino Nostro Clementissimo nonnulla, quæ in exemplo hic adjuncto pro pleniore Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ informatione lineolis distinguere curavimus, et ideo displicuisse, quod excusationem Nostri, non vero simplicem culpæ confessionem deprecationemque continerent, remittiq; Nobis hanc ob causam illas Literas non resignatas, nec datum iis Collegis Nostris in Patriam redeundi facultatem, nisi literis modestioribus majoremque submissionem tantibus pro ea Sacra Regia Majestati Domino Nostro Clementissimo per Nos supplicaretur. Obtemperavimq; huic Mandato Regio eadem promptitudine quam Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ in exequendo novissimo Decreto Judicii Assessorialis a Nobis satis comprobatum fuisse confidimus, exaratisq; aliis quarum apographum hic subnectimus ex intentione Sacræ Regiæ Majestatis ad eandem literis Supplicibus hodierna die per Tabellarium extra ordinarium Dresdam missis Clementissimam nunc Augustissimi Principis summo cum desiderio expectamus declarationem. Accedet tamen novis his ad Sacram Regiam Majestatem precibus Nostris obsequiosissimis magnum pro nul dubio pondus, ubi Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ, ut eandem obsecramus demisse, placuerit Gratiosissima sua Nobis hoc in Negotio adesse intercessione, cuiq; plurimum valentibus remonstrationibus Indulgentissimi Nostri Regis ac Domini summam ac plenam Nobis conciliare Gratiam, ita ut obtenta Collegarum Nostrorum Clementissima dimissione, omniq; cuius Arguimur, culpæ benignissima venia, ab omni, qui Nos adhuc profuturo tempore angit, metu prorsus liberemur. Quod novum singularis, qua Illustrissima Excellentia Vestra in maximis Nostris angustiis Nos sustinere adhuc est dignata, benevolentiæ et Protectionis documentum dicuti perpetua gratissimaq; conservabimus memoria, ita cum Omnibus Civibus ardentissima pro incolumitate ac salute Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ vota Nostra semper conjungemus. Cujus prudenti benignitati de cætero Nos et hanc Civitatem obsequantissime commendamus. &

Responsum ad eandem ab Illustrissimo Supremo Regni Cancellario. konskiis die 20ª Mensis Martii anno Domini 1752 datum.

Præ Nobiles et &.

Literæ præ Nobilium Dominationum Vestrarum die 3ª Mensis Martii ad me exaratæ, summo mihi sunt solatio ex quo labor meus restituendæ tranquillitatis Civitati Sedanensi impensus grato corde receptus est: Hic semper Scopus est meus, ut Civitas hæc pulsa omni animositate Vires suas resuscitet et floresciat, Commercia ampliet, ad invidiam cæterorum. Ad Literas ad Regem Dominumq; Nostrum directas, descendo; Reges Vicariam Dei præferentes in Terris potestatem, sunt semper Divinitatis Imagines, ideo subditi dum petunt gratiam, verba supplicantium discere debent, qua propter et Dominationes Vestræ, Clementiam postulantes, accommodent humiles sensus suos, ut ita veniant Principem sine gravi supercilio, in Contraventionis pœna mitem; Quantum ex me, ego jam dedi testimonium veræ erga Principem Dominationum Vestrarum devotionis, et ad exequenda omnia in Decreto demandata, alacritatis; et semper propenso animo non adero. &

Litera a Magnificis Supremis Ducatuum Curlandiæ et Semigalliæ consiliariis ad Illustrissimum Supremum Regni Cancellarium, quibus rogant, ut penes Sacram Regiam Majestatem intercedat, ne querimoniis a Generoso de Heucking facto satis subdole investitis fides tribuatur scripta Mitavia die 20ª Martii anno Domini 1752.

Illustrissime et &.

Non ita pridem annexæ hic copiæ supplicationum a Generoso Vilhelmo Alexandro de Heucking ceu pretenso Delegato Ducatuum Curlandiæ et Semigalliæ Sacræ Regiæ Majestatis diebus 24ª Augusti, & 6ª Decembris anni proximè præteriti 1751ª porrectarum, aliorumq; scriptorum ab eodem profectorum ad manus Nostras pervenerunt. Non satis certe mirari potuimus, qua fronte Scriptis isdem tot facta et supposita inserta sint, quæ omni veritatis fundamento plane destituantur, et quo modo ipsi impune licuerit scripto eiusmodi valde lesiva et Authoritati Sacræ Regiæ Majestatis derogatoria publice edere, imprimis cum in Responso a Sacra Regia Majestate Generoso de Heucking die 23ª Septembris 1750. ortenus dato eiusmodi Scripta, quæ famam et honorem alicuius lacessere possent, sub

panis gravissimis in Judiciis Sacræ Regiæ Majestatis extendendis inhibita et interdicta sint, utinam miranda hæc Sacræ Regiæ Majestatis Clementia ac lenitas illum omnem Unionis Auctores, ab erronea quam ingressi sunt via, deduceret! Ast verendum fore Nobis videtur, ne indies malum hoc ingravescat, cum majori semper Ausu illos in via contra Leges fundamentales ingressa immorari videamus, interim Protectioni et plusquam Paternæ sollicitudini Clementissimi Regis Nostri, nec non Gratiæ Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ, quæ Causam Nostram justissimam sartam tectam hucusq conservarunt, plenarie confidimus, ausus hos illegales Generosorum Unitorum justo tempore, ne nimis altas agant radices, cohibitos iri. Si veritate niteretur, Generosos Unitos Obedientiam publicam et privatam Regiminis horum Ducatuum renunciasse, sive Justitium in hisce Ducatibus introductum esse, certe Generosi Uniti summo Crimine non carerent, qua enim ratione Authoritate a causa Regia Majestate Domino Nostro longe Clementissimo et in ipsis legibus Cardinalibus horum Ducatuum Nobis concreditæ absq summa Sacræ Regiæ Majestatis læsione contravenire possent? Jam vero cum assertum hoc omni destituatur fundamento, vix dubio caret Generosum de Kleucking ea saltem intentione eius modi quid allegasse, ut apparet ingvam Partem denunciatio hæc ambigua acciperetur, averlat modo summum Numen ut ne Generosi Uniti Clementia Clementissimi Regis abutentes culpam Culpa indies cumulent. Quid enim ingratius Nobis ipsis accidere posset, quam eos majori quotidie culpa gravatos et deductos videre, quorum Saluti ex intimo Cordis affectu lubentissime prospiceremus, et qui eiusdem Nobis Cum, sunt generis. Non verentur Sacram Regiam Majestatem sollicitare, ut eo justitium. eosi ab ipsis introductum, durante Nobiscum Processu Legentes inter Unitos ei constituantur. o bone Deus, in quæ Nos reservasti tempora olim de veritate dicti istius, si accusare sufficeret, quis innocens foret? Nemo unquam dubitavit. Olim Majores Nostri iuxta Pacta antiquissima et formulam Regiminis, Sanctissimas illas Patriæ Leges, indignam iniustum, et detestabile judicarunt aliquem absq legitima Judicis Cognitione damnari, hinq in formula Regiminis exprimi curavarunt, ne quisquam Consiliariorum sive Capitaneorum absq Judicis Cognitione loco moveatur, jam solam ex Parte Generosorum Unionis Auctorum emanatam citationem ad eripienda Nobis Munera Nostra, sive ad Nos a Regimine submovendos vel suspendendos sufficere, allegare non erubescant. Sed forsan Crimina Status atrocissima, quorum insimulamur, jam sunt manifesta, et satis probatasimo quid ni? Equidem Illustrissimam Excellentiam Vestram prolixa Citationis Nobis insinuatæ discussio, ne non morabimur, dignetur tamen permittere ut summatim Contenta eius tangamus. Necessario enim Citatio Nobis insinuata, Cuius Copiam hic subjungimus, Crimina ista Status atrocissima continere debet. Objiciuntur vero 1° in ista Citatione facta quædam quæ ab Anno 1741° usq ad annum 1748. contigisse præterlabentur, exempli causa acsi provincia Authoritate 1741° Justitium introduxissemus, 1744° ratione Conferentiæ tunc habitæ illegalite egissemus et Conventionibus Grodnensi de Anno 1744° nec non Mitaviensibus de annis 1746° et 1748° contravenissemus, nec non Generosum de Halin ad delationem Deputatorum quorundam ea propter, quod in Conventu publico verbis injuriosis Regimen lacessierit, citari fecissemus, quam ipsam tamen pacis amore jam dudum remisimus. Facillimo Negotio deducere possemus in mania esse hæc imputata, at in quem finem hæc deduceremus, cum id prorsus omni dubitatione careat, omnem transactionem sive Conventionem esse servandam. Cum igitur pacis Studio Actum Compositionis Anno 1746° fecissemus et Anno ad huc 1748° per Laudum Publicum eandem, actum confirmassemus, adeoque omnes hæc differentiæ sopitæ sint, statim omnino videre, est incumbere Accusatoribus Nostris, ut ante omnia primo loco demonstrent, quæ sint ista Crimina Status atrocissima, quibus actum Compositionis de Anno 1746° et Conventioni sive laudo Publico de Anno 1748° contravenimus, et quorum Causa Generosi Unionis Auctores Anno 1749° dissionem fecerunt, ac contra Regimen et Undecim Districtus Universos multosq alios dissentientes Unionem sive Confederationem fecerunt. Et enim quia a Nobis Generosis Unitis Citatio hæc profluxit, hi omnino ante omnia causa huius rationem Sacræ Regiæ Majestati reddere et demonstrare tenentur, ob quænam Crimina Status atrocissima Anno 1749° a Nobis et reliqua Parte Generosi Ordinis Equestris se separaverint. Nam neq facta per Transactiones ad annumq 1748° sopita, neq facta, quæ dissionem hanc subsecuta sunt actum Dissionis legitimare valent, imo licet Universus Generosus Ordo Equestris contra Nos ageret, attamen cum in ipsa Citatione Confiteatur ad annumusq 1748° omnes dissentiones transactionibus fuisse sopitas, id quod et veritati omnino respondet, primario et antequam ad facta antecedanea respondere teneremur, demonstrare

obligati forent, quibus Criminibus post Annum 1748e Conventionibus Antecedaneis contravenissemus. Recurrendum igitur ad 13. Gravamina Nobis 1749e in ultimo Conventu Provinciali a Generoso Ordine Equestri formata, et responsiones Nostras ad ea datas, dilucidationesq; insecutas, et cum tria saltem gravamina pro abolitis Generosus Ordo Equestris agnoverit, reliqua decem gravamina Crimina haec Status atrocissima omnino continere debent; Inspectis igitur decem his gravaminibus, exorientur quaestiones decem nempe.

1o An id Crimen Status atrocissimum erit, quod Nos contra Respectum et obedientiam Sacrae Regiae Maiestati debitam. Rescripta Regia ab Anno 1746e emanata, una cum declarationi Civitatibus data, pro nullis declarare non potuimus, neq; Contra Conscientiam Nostram agnoscere voluimus, Rescripta ita a Sacra Regia Maiestate data, et iteratis vicibus approbata Legibus adversari, vel nullum Rescriptorum Usum sustinendum esse, sive sint Legibus adversari od nullum Conformia, sive iisdem contraria, cum tamen ad Gravamina Generosi Ordinis Equestris de Anno 1711o praesenti ediametro contraria, Consiliariis Regentibus omnino demandatum sit. Rescripta Regia Juribus conformia effectui dare.

2o. Num Crimen Status atrocissimum in eo positum sit, quod iusta Clarissima verba declarationis Civitatibus a Sacra Regia Maiestate data eius modi aperturam fluvii Memel facere promiserimus, uti et deinde facta est, qua usus Molendini Bauscensis non tollitur.

3o An Crimen Status atrocissimum dici mereatur, quod Civitatem Mitaviensem et

4o Quod Civitatem Goldingensem in eum Juris compatronatus, quem a longissimis temporibus habuerant, Causa non cognita arcere noluimus, imprimis cum decisiones Commissionis Regiae de Anno 1717o Nobilitatem et Civitates circa Jura sua Patronatus et Compatronatus omnino conservari velint.

5o. Num pro Crimine Status atrocissimo habendum? quod iuxta Praescriptum decisionum Commissorialium de Anno 1717o, quarum Sanctissimam Observationem Sacra Regia Maiestas in Responso 1746e Generoso Ordini Equestri dato Nobis demandavit, Citationem Duellantium Fiscali mandavimus.

6o An Crimen Status atrocissimum involvat? quod Literas Illustrissimi Domini Landgrafii d. Hessen Homburg ad Ordines horum Ducatuum datas, et putativam novam electionem Ducis involventes resignavimus et et Generoso Ordini Equestri non statim, sed in primo Conventu postea habito communicavimus, quamvis ipsa Contenta non statim edocuerunt, quod nihil animo hoc rerum Statu ab ordinibus horum Ducatum desuper suscipi potuit.

7o Sit ne Crimen Status atrocissimum, quod cum Generosus Ordo Equestris dilationem trium Annorum ad formandum Calculum, quantum eidem ex Bonis allodialibus a Domo Ducali possessis intuitu Laudorum deberetur, sibi sumpserit, et demum Anno 1749e Calculum hunc produxerit, Consiliarii Supremi, Regentes multis aliis praeterea Negotiis obruti pro revisione istius Calculi dilationem sibi reservaverint, si quidem desuper Scripta Archivi revidere necesse fuit, prout et postea inventa sunt, et luce meridiana clarius in Continenti demonstrare possunt majorem Domui Ducali a Generosa Nobilitate deberi Summam, quam ipsa praetendendam habet.

8o. Nonne Crimen Status atrocissimum inde resultet? quod Nos ad Praescriptum Decisionum Commissorialium, et prout ab anno 1717o usu invaluit Causis Concursuum terminum extraordinarium, non intra Spatium Octo Septimanarum, Judiciis Ordinariis praefixum, sed statim post illud assignavimus.

9o. Quale exinde redundet Crimen Status atrocissimum, quod in fundamento Laudi Publici de Anno 1692o Auricae, quotiis Nobiles servitio Eorum non ntuntur, ad Solvendum ratione aggeris Durbensis solitum florenum a Nobis, uti ab Antecessoribus Nostris factum est, a diguntur, quodq; ratione praetensi novi Pontonii Mitaviensis ad querelas Aurigarum Borussicarum nihil statuere valuimus, antequam Nobis indictus, quando, et quo loco idem brevibus ad hinc annis institutum sit, quippe quod plane ignoramus.

10o. Denique quaestio erit, an Crimen Status atrocissimum, ea a Nobis commissum sit, quod in Causa inter duos privatos quae ipsa Transactione est sopita, secundum Conscientiam Nostram, non vero uti Generoso Ordini Equestri aequum videtur, judicaverimus. Atqui haec sunt Criminalia Status atrocissima, qua propria sessionem fecerunt, et quorum Causa, si moribundos Nos multa alia peccata gravabunt, tutissima Conscientia coram Summo summi Numinis Tribunali comparere poterimus. Haec sunt Crimina ista Atrocissima, quae aequi pedalibus verbis, terribilia, execrabilia, horribilia, similibusque ad excitandos aliorum animos denominantur, quamvis in his Omnibus nihil, Iniustitiae vel iniquitatis unquam reperietur.

Hæc sunt Crimina ista Status atrocissima, qua propter desperandum Generosum Ordinem Equestrem. Generosus de Heucking simulat funestum exitum Patriæ inde omina tus, et quæ sunt reliqua artificiosa eius ex cogitata Verba. Addit quidem Criminibus hisce putativis aliastionem et unionem subsecuta, nempe quod molimina Generosorum Unitorum seu Criminosa Sacræ Regiæ Majestati et Reipublicæ repræsentare studuerimus quod Generosum Subjudicem Terrestrem de Torek pro Plenipotentiario Generosi Ordinis Equestris agnoscere noluerimus, quod ve ad Supplicationem Deputatorum, Undecim Districtuum asservationem Pecuniæ ad ærarium Publicum pertinentis ob mortem Generosi olim de Lochr, qui ærario isto publico præfuerat, usq ad Constitutionem alterius Præfecti ærarii in Conventu publico eligendi, demandaverimus. Sed quisnæ primo intuitu perspiciet, quæ vana et inania hæc sint Crimina Status; Et quod Sacra Regia Majestas et ministri eiusdem Status Illustrissimi Justitiæ et Officiis Sortis ac Obedientiæ et fidei Sacræ Regiæ Majestati et Reipublicæ debitæ omnino convenire adinveniunt; Id dem summo Nobis vertitur Vitio, et statim Crimen Status atrocissimum effingitur, si modo Cœtus Generosorum Unitorum illegales nominamus. Eò prout omni culpa vacare solatium est ingens, ita ea quoq consolationes sustentamus, quod hucusq Generoso de Heucking ex voto non successerit quicquam ejusmodi effingere verbis, et Clementissimum Regis Nostri Justissimi Animum a Nobis abalienare, vel Gratiosissima Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ reliquorumq Ministrorum Status Protectione Nos privare. Et certe nisi Magistratuum authoritas significanter defenderetur, summa omnino nimis miscerentur, hoc inprimis sæculo, quo turbas concitare non pauci animant, si dicendum quod res est, ratio omnium Criminum Nobis insimulatorum inde deprompta, quod Consiliarii Supremi sumus, qui juribus Domus Ducalis, Civitatum, totiusq Provinciæ eadem dexteritate præesse obligamur, ac juribus Generosi Ordinis Equestris. Hinc qui hodie Patria duce amantissimus Civis audit, eras Consiliarius Supremus factus Hostis Patriæ evadit, et quoties inter duos litigantes jus dicit, inter quos non nisi unius voti sui compos fit, abalterno Nomine iniusti, iniqui, et quæ sunt reliqua designatur. Fatemur quidem morem hunc neq olim plane incognitum fuisse, sed temeritas et audacia non nullorum nimis hoc tempore est adaucta, et tandem mos iste inoleverasset, nisi Sapientissimo Sacræ Regiæ Majestatis et Reipublicæ Consilio tempestive coërcitus. Generosus de Heucking in Scriptis suis latinis vendibat acti Compositionem amicabilem, Generosi Uniti Studiosissime Nobis obtulissent, et neq expensarum Juris putativæ Causatarum restitutionem vel alia præjudiciosa desiderassent, Nos vero hostilem animum pro Nobis tulissemus, neq quemquam Nostrum ad Aulam Sacræ Regiæ Majestatis Dresdam pro jucunda amicabili compositione delegassemus. Sed hæc quoq assuta sunt falsissima, nihilq Nobis desuper imputari potest. Etenim a Sacra Regia Majestate nullum, et quemquam Nostrum Dresdam misserimus, accepimus Mandatum, præterea Mense jam Maii anni proxime præteriti 1751mo Nobis ex Conferentia Generosorum Unitorum proprio ausu indicta per Generosas intermedias Personas ab illis exoratas ejusmodi puncta præliminaria sunt proposita, inquæ Nobis ante reliqua condescendendum esset, dum alias Compositioni amicabili plane locus non foret. Atqui hæc ipsa Puncta hic Annexa Supremo Sacræ Regiæ Majestatis Dominio et Authoritati maxime derogatoria, et absq læsione Juvatæ Nostræ fidelitatis et obedientiæ Sacræ Regiæ Majestati debitæ, iis assensum Nostrum præberi non posse adnocuimus, et præterea omnino repulsionem omnium expensarum ab anno 1744to Causatarum ex propriis bonis Nostris affectarunt, adeoq præliminaliter id efficere conati sunt, ut Nos objectorum in Citatione mitigatoria reos et vonfessos absq omni defensione velut Jure victi constitemus. Rebus ita comparatis, et cum mentem Ipsorum Authorum et fautorum Unionis seu Principalium ab omni justa et æqua Compositione alienam videremus, quid de eorum Delegato Generoso de Heucking Nobis intensissimo operare, et nonne prævidere debuimus, omnem navatam operam, et quod magis est omnes sumptus erogandos supervacuos fore prædixerant enim jam Nobis, quod nulla ratione amicabilis compositio locum habere debeat nisi puncta hæc præliminaria moraliter impossibilia primo loco acceptaverimus. Excogitavit, quod Generosus de Heucking ad Nos eo magis denigrandos, omnibusq defensionis mediis privendos asserere, ac si jam Generosi Uniti, omnia gravamina contra Domum Ducalem mitterent, et solum contra Personas Nostras agerent, quasi eos Crimina ista Status projecta et efficta scilicet Mandata, Responsa, Rescripta, et Declarationes Sacræ Regiæ Majestatis, molendinum Soauscense, Jus Compatronatus Civitatum Altavicensis et ff

Soldingensis accusatio duellantium, literæ Illustrissimi Landgrabii de Hessen Homburg, de Nova electione Ducis loquentes, Calculus cum Domo Ducali ineundus, Judicia Consulsus, pontoriuum Durbense, et quæ sunt reliqua Personas Nostras solum tangerent. Nos quidem supremorum Consiliariorum Regentium officiis modo fungimur hæc vero Officia hereditario jure ad Nos non pertinere, adeoq; progenitos Nostros non omnes Consiliarios Supremos evasuros Jusium vero ac Privilegiorum Generosi Ordinis Equestris participes futuros probe scimus; quæ igitur clementia Nos caperet, ut Privilegia ac Jura Generosi Ordinis Equestris infringamus, et in perniciem posterorum laboremus. Tantum ab est, ut vatione Personarum propriarum quicquam agamus, dum e contra manifesto constat, id quod debita sacræ Regiæ Majestati fide, ac obedientia pro juribus Domus Ducalis, et Salute Publica totius Nobilitatis ac Civitatum intermittere iusta iam deducta non potuimus Nobis vitio vertt. Ut meliori fuco irrigitatem quæsiti Regiminis interimistici Generosus de Heuching occultet, non dubitavit allegare, ac si iam in simili Casu Anno 1669e Regimen interimisticum a Sacra Regia Majestate constitutum fuerit. Sed quam incomparabilem similitudinem imago temporum Nostrorum videt, in Casu isto allegato? Anno 1659o Illustrissimus Dux Jacobus, et cum illo Consiliarii Supremi a vecis in Captivitatem abducti erant, hinc Serenissimus Rex Joannes Casimirus Regimen quidem interimisticum ordinaverat, statim vero post restitutionem Consiliariorum Supremorum, hi vocandum formulam Regiminis absente Duce, omnia Gubernationis et administrationis munia reassumpserunt. Quomodo igitur exemplum hoc ad Casum præsentem, ubi Consiliarii Supremi iusta formulam Regiminis, et Sacræ Regiæ Majestatis vera Mandata, Summo Sacræ Regiæ Majestatis Nomine Ducatuum horum Regimen præsentes sustinent, Applicari poterit? Satis quoque in consulte Generosus de Heuching allegat, avi iam temporibus Magistratorum Livoniæ annis nempe 1474e et 1486e Status Provinciales Magistratum livoniæ ab Officio removissent. Videtur enim sibi persuasum habere omnes latere, quod Ordo Teutonicus Ensiferorum per livoniam subordinatus fuerit, Supremo Ordinis Teutonici Magistro in Prussia, qui Teste Historia capitis Magistros Ordini Ensiferorum per Livoniam dedisse fertur, quodq; historici referant Magistrum Woldhusen summa iniuria et perfidia Suorum captum, et ab Officio motum esse. Sed hoc facto summa mala et pœnas livoniam subiisse. Historici quoq; referunt, quod antiquis temporibus multi Imperatores, Reges et Duces a Subditis occisi fuerint, cum hæc vero in Segvidam allegenda. circa Annum 1486e Summus Pontifex Sixtus IV Magistrum Livoniæ Borchium, qui cum priori Volthusio de Magistratu adipiscendo contenderat, cum suis Consortibus, qui Archi Episcopatum Rigensem bello intestino devastaverant, et expilaverant, imo Archi Episcopum et Summum Antistitem Livoniæ ad eoq; Primum Principem cuius Authoritatem non tantum Livoniæ, sed etiam Prussiæ Episcopi, Culmensis, Varmiensis, Pomesaniæ et Sambiensis agnoverunt, in Carcerem conjecerant, ubi eundem non sine veneni a Magistro præbiti suspitione, mortuum esse Historici referunt, banno proscripsit, et hac de causa Magistratu abrogatus est. Quam niti de igitur ad Casum præsentem Relatio hæc Historica applicari poterit, quæ tam a veteribus Scriptore rerum Livonicarum Russovio, quam a recentiori Schurtzfleischio in Historia Ensiferorum eum in modum describitur, ut merito Cuivis erubescendum sit, indignas eius modi Relationes in medium proferre. Non minus omni plane fundamento destituitur allegatio ista, ac si temporibus quoq; Ducum suspensiones, renunciationes obedientiæ Principibus debitæ, et Regimina interimistica moris fuerint. Non multa Annum eiusmodi apparent vestigia, a quamvis Anno 1684o quod tanquam primarium allegatus exemplum, pars quædam Generosi Ordinis Equestris Juramentum fidelitatis novo Duci Friderico Casimiro præstare noluerit, antequam gravamina Publica aboleventur, Convention tamen statim facta est, quod omnino Juramentum fidelitatis tempore præfinito præstari debeat, quamvis quædam gravamina ad decisionem Sacræ Regiæ Majestatis forent remittenda. Abhorruit itaq; omnis ætas, eius modi modum procedendi, quem introducere, toto corde, toto pectore, omnibusq; animi et corporis viribus Generosus de Heuching annititur, et quid mirum. Quod fidem tanto studio, tam callidis verbis, præterendo inanitas audietatem Patriæ, dolorem summum, imolachry mantes oculos, Regimen interimisticum a Sacra Regia Majestate veve clementibus, verbis iterum iterumq; imprætrare studeat, cum Pater Ipsius Generosus Capitaneus maior de Heuching, qui nec Bona quædam immobilia intuitu Ducatibus possidet, primus sit Qui regimen interimisticum concedi rogat. Quod si Generosus de Heuching celeberrimi Authoris Schurtzfleischii Historiam Ensiferorum Ordinis Teutonici Livonorum, et speciatim Historiam Allegatorum ab ipso Magistrorum Volthusii et Borchii relegisset, forsan exempla

Generosis Capitaneis, sub Cuius ac quorum Jurisdictionibus Bona Commendatariarum Abbatiarum Sinecensis, Lubinensis, Plocensis, Wschocensis, Claræ Tumbæ, Culeioviensis Zagroeriensis, Andrzeioviensis, Paradisiensis, Cervenensis, Tremesnensis, et Præposituræ Miechoviensis consistunt, tanquam brachio Nostro Regali, fidelibus Nobis Dilectis Gratiam Nostram Regiam. Generosi fidelitati Nobis Dilecti. Quemadmodum studendo paci et tranquillitati inter Status Regni istius inveteratam Controversiam et quæstionem cum Sacra Sede Apostolicam ex Parte Reipublicæ ratione Juris Patronatus Regii promotam, Serenissimis Joanni IIIo. Augusto IIo Parenti Nostro desideratissimo, Regibus Prædecessoribus Nostris, ac Nobis Ipsis per Pacta Conventa inposita et iniuncta, Deo propitio mediante solenni Tractatu cum omnium satisfactione componi et concordari studuimus, et renuntiando pretensionibus, Juriq́ Patronatus Regio ad plures abbatias, Præposituras, Dignitates et Beneficia in Regno constituta, in tredecem solum modo abbatiis ac gavisimus, et Constitutionem Regni de Nuntiis Pontificiis, eorumq́ potestate, et Jurisdictione ex Causa Controversiæ huius modi in Comitiis Generalibus Anno Domini Millesimo Septingentesimo Vigesimo sexto sancitam ad Terminos Convenientes reduximus, et moderati sumus, ita speramus finem rebus altercationibus et controversiis impositum fuisse, ut nullo unquam tempore resuscitarent, earum præter expectationem Nostram continuas recipimus querelas, in Bonis Abbatiarum prætatarum, quæ in commendam ad Nostram Nominationem concessa fuerunt, Monachi quodam odio et malevolentia ducti, frequentes invasiones fundorum, Pratorum, Propinationum usurpationes et novas quasdam supra Bonis Commendatariorum prætensiones, de quibus nequaquam in Tractu actum fuerat, formare, et usurpare, atq́ adeo Commendatariis molestias, ingravitudines, lites inferre præsumunt, ut Proventus Commendatariorum, quos in auxilium Necessitatum suarum, et compensationem in Rem publicam meritorum assignatos habuerunt, in lites expendere, et molestias atq́ damna loco præmii reportare cognantur. Quare Nos istis Inconvenientiis Monachorum occurrere, et auxilium Commendatariis in præmissis ferre, Illisq́ subvenire, atq́ Tractatum concessione Commendarum, ne reddatur manis, ac plane inutilis, manutenere cupientes Fidelitatibus Vestris, Eorumq́ loca tenentibus mandamus, ut prævia monitione et requisitione Monachorum de dimittendis restituendisq́ Bonis ac fundis, aliisq́, quibus vis reditibus a mensa Commendatariorum, quocunq́ Titulo, prætextu, et colore avulsis, tum de non molestandis, vexandis, et inter turbandis litibus prætextuosis Commendatariis per Ministerialem, et duos Nobiles facienda, datoq́ Eis Termino ad restituenda ablata, recedendum a litibus et vexationibus, et cessandum a Molestiis, arbitrio Fidelitatum Vestrarum præfigendo. Quod si requisiti in Constituto Termino parere, et Bona ac Proventus restituere, eta molestiis, vexationibus, litibus et perturbationibus cessare, et eis officiose renuntiare nolucrint, extunc Bona et Proventus ad Mensam Commendatariorum spectantia, et per Anteriores Commendatarios possessa, Sinceritatibus Vestris, seu alteri Sinceritatum Vestrarum sub Cuius Territorio, Districtu, et Jurisdictione Bona huius modi Consistunt, per se, aut locum tenentem, seu Substitutum suum, aut Burgrabium Juratum sequestrandi

et in usum Commendatariorum salvo Calculo et quietatione conferendi, potestatem damus et impertimur. Quodsi autem Sequestro et executioni praesentium de rebellibus opponere praesumpserint, eatunc oppositionem eorum mota Nobilitate, seu adhibitis Copiis Militaribus; quas ordinandi Magnifici Duces Exercituum Regni in Mandatis habent; Manu forti tollant, et praemissa omnia tam in toto, quam in parte exequantur et exegui curent, pro Gratia Nostra, ac Officiorum Suorum debito, et sub poenis contra negligentes Officiales in Legibus Regni sanctis. In cuius rei fidem praesentes Manu Nostra subscriptas, Sigillo Regni communiri iussimus. Datum ut supra nempe Varsaviae die Decima Mensis Decembris Anno Domini Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo Secundo.

Annus 1753tius

Litera ad Sacram Regiam Maiestatem a Magnificis ac Generosis Supremis Ducatuum Curlandiæ et Semigallia Consiliariis intuitu commorationis Judæorum in ædibus Generosi Camerarii de Buthlar et Ministri Aulæ Imperialis Russicæ. Mitavia die 20e Mensis Januarii anno Domini 1753e scripta.

Serenissime &

Ex Parte Civium et imprimis Mercatorum Mitaviensium quotidianis fere obruimur querelis et tamentationibus, quatenus commorationem Judæorum in ædibus Generosi Camerarii de Buthlar, et Ministri Aulæ Imperialis Russiæ afflicta Mercatorum Mitaviensium facies magis in dies magisq; non affligeretur, dum iidem illudendo legibus iam publice ibidem mercaturam exercerent, dumq; Generosus de Buthlar alios hac ratione ad recipiendos Judæos alliceret, adeo ut tandem hoc ductu Civitas haec totalem interitum et ruinam non immerito extimesceret, imo tristibus iam oculis cerneret. Certo certius est, quod iuxta leges Cardinales horum Ducatuum Judæis nulla concedi possint commercia, quare variis Laudis Publicis et novissime Laudis annorum 1746e et 1748e præcautum est, ne quisquam sub pœna centum Thalerorum pro quovis Judæo Solvendorum, Judæo commorationem in Bonis vel ædibus suis Concedere præsumat. Ut igitur iustissimis eius modi Civium querelis occurreremus, non intermisimus apud Generosum Camerarium de Buthlar summo Studio urgere, atq; instare, ut Judæos ex ædibus Suis uceret, neq; Legibus et Laudis Publicis conformaret; Sed in hunc usq; diem efficere hoc non potuimus, et postea quam Generosus de Buthlar subsentivit Nos omnibus viribus eo allaborare, ut ex Parte Aulæ Imperialis Russiæ ad ejiciendos Judæos servandasq; leges Patriæ Nostræ obligaretur, Consilium ulciscendi cepit, et ex Odio in iusto apud Aulam Imperialem Russiæ repræsentationibus Suis efficit, quod Prædium Sarrosen a Celsissimo Duce Ernesto Joanne, ceu pars Salarii pro Consiliario suo destinatum, et quod in possessione defuncti Consiliarii Ducalis Hartman fuerat, nunc in eundem finem ex Nostra Parte collocandum erat, sub titulo Sequestrationis dispositioni Nostræ subductum est. Ex Literis Generosi Camerarii de Buthlar ad viduam defuncti Consiliarii Hartman datis, quibus Ipsi Sequestrationem Prædii huius significavit, videre datim est, quatenus Aulæ Imperali Russicæ sine dubio ab Ipso repræsentatum fuit Prædium hoc jam anno 1740e ex Parte Aulæ Imperialis Russicæ sequestratum, et defuncto Consiliario Hartman ex singulari saltim gratia concessum esse. Sed repræsentatio haec omni veritatis fundamento destituitur. Defunctus enim Consiliarius Hartman, ut ante Sequestrationem in possessione Prædii huius fuit, ita et abinde ulla mutatione in eadem permansit, et neq; Contractum denuper ex parte Aulæ Russicæ accepit, nec alia quadam ratione de Prædio hoc Pactus est, neq; Revelsales de restituendo hoc Prædio post obitum suum dedit, sed multo magis quoties de Prædio hoc Ipsi querendum quid fuit, Ordinationem Camera Ducalis, nequaquam vero Imperialis Russicæ secutus est, nec segui potuit, dum Camera Imperialis Russica nunquam Eiusdem quicquam intimare præsumpsit. Prout igitur nunquam probari potest Prædium hoc jam anno 1740e sequestratum esse, ita eum Sequestratio 1740e facta //

per duodecem Annos absq mutatione Reteneri. Limentissimo Sacræ Regiæ Maiestatis Vestræ Judicio humillime submittimus, num sine periculo hæc ulterior Sequestri ex Parte Aulæ Imperialis Russicæ extensio intueri possit? Eqvidem qvantum in Nos fuit, ut ne Aures Sacræ Regiæ Maiestatis Vestræ onerarem, qverelas has tam ratione Judæorum, qm ratione Prædii Jarrosen averterere conati sumus. Cum vero Nobis vix sperare liceat, Nos qvicqvam in hisce Negotiis esse effecturos. Supplices præmissa Omnia Sacræ Regiæ Maiestati Vestræ exponimus, utq Sacra Regia Maiestas Vestra Clementissime dignetur Interpositione sua Regia apud Serenissimam Russiæ Imperatricem efficere, ut prædium Jarrosen Nobis quam primum restituatur, et Generosus Camerarius de Buthlar ad ejiciendos plane Judæos ex ædibus mis adigatur, hocq ipso legibus Publicis et qverelis afflictæ Civitatis Mitaviensis satisfiat, subjectissime petimus. Quod reliqvum est, Nos totos et salutem horum Ducatuum Clementiæ et Paternæ Curæ Sacræ Regiæ Maiestatis Vestræ committimus, et DEUM Immortalem, ut ad seros usq Annos Sacram Regiam Maiestatem Vestram salvam tueatur, indefessis precibus precamur, ac illibata fide et submissione maxima permanemus Serenissime ac Potentissime Rex. Sacræ Regiæ Maiestatis Vestræ Subjectissimi ac fidelissimi. f. Christophorus Fridericus a Fircken Landhoffmeister. H. G. Finck de Finckenstein Cancellarius. Otto Christophorus ab Howen Oberburgravius. Henricus Christianus ab Offenberg Land Marschalcus.

Litera ab Iisdem ad Illustrissimum Supremum Regni Cancellarium in eadem Materia die et anno eodem Mitavia Scriptæ.

Illustrissime ac.

Cum per Gratiam Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ aditum ad Serenissimum Regem Dominum Nostrum longe Clementissimum tuto et facile habeamus, hisce literas Supplices ad Sacram Regiam Maiestatem datas Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ humillime exhibemus. Ex ipso Literarum Supplicum argumento satis apparebit, quid ratione Judæorum et Prædii Jarrosen noviter sequestrati hic acciderit, quare repetitione eorum quæ in Literis supplicibus continentur, Illustrissimam Excellentiam Vestram non morabimur, saltim ea qua par est submissione instantissime petimus, ut et Illustrissima Excellentia Vestra apud Sacram Regiam Maiestatem intercedere, idq efficere gratissime dignetur, ut Interpositione Sacræ Regiæ Maiestatis apud Serenissimam Russiæ Imperatricem Generosus Camerarius de Buthlar, ad ejiciendos omnino Judæos, et ad restitutionem Prædii Jarrosen adigatur: Gratiæ Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ tot documentis Nobis probatæ, in hoc quoq Negotio confidimus, et salutem hujus Negotii committimus: Deo vero adhuc certiorem Illustrissimam Excellentiam Vestram facimus, quod jam non nullis vicibus, horum Negotiorum Causa, Sacræ Regiæ Maiestatis Consiliarium Intimum et Ministrum Petroburgi existentem Generosum Dominum de Funck debite vegri dixerimus, et quantum fieri possit, et prout Consiliarius Intimus de Funck in intentioni Sacræ Regiæ Maiestatis Domini Nostri longe Clementissimi convenire indicavit, Officia sua Petroburgi interponat, et bonis modis restitutionem Prædii Jarrosen, et ut Generosus de Buthlar ad ejectionem Judæorum obligetur, efficere studeat; Ast ultra dimidium Annum frustra remedium querelis Nostris allatum iri speravimus, et videtur Nobis, Generosum de Funck omnino quoq arbitrari, quod majori pondere agere debebit, si ex Parte Sacræ Regiæ Maiestatis ipsi demandaretur, ut in hisce Negotiis pro Interesse hoc Nostro et Publico, imo ad Ipsam Sacram Regiam Maiestatem seu Dominum Supremum spectante, agat et operam suam interponat. Quod superest Nos ad extremum vitæ habitum hanc quoq Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ benignitatem gratissimo pectore devenerabimur esse spondemus, et submississima cum observantia permanemus. Illustrissime atq Excellentissime ac. Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ Humillimi ac Obedientissimi Servitores Eidem qui supra.

Responsum ad easdem ab Illustrissimo Supremo Regni Cancellario die 29e Mensis Januarii 1753e anno Domini Varsaviæ datum.

Magnifici et ac.

Gratulatæ sunt mihi Magnificæ et Generosæ Dominationes Vestræ novi Anni initium, quod et Eisdem quam sinceriſsime gratulor. Vellem una cum Anni tempestate mutari quoq; rerum status in Curlandia, sed illas in peius verti video ex literis Magnificarum et Generosarum Dominationum Vestrarum, in quibus Civitatum exitium, totiusq; Provinciæ iacturam describunt. Huius duplex Culpa est, prima quam fatentur, Generosum Camerarium de Buthlar afficit, qui ingerendo officio suo minorem adhibet moderationem, quam in Mandatis se ab Aula sua in vinctam habere, præsumere fas est. Altera Magnificarum et Generosarum Dominarum Vestrarum est, quarum maximam quidem arbitror esse Officiorum suorum sollicitudinem, omnia tamen sibi a Generoso Buthlar ferenda esse existimant contra vigentem Deo dante inter Russiam et Poloniæ Regnum amicitiam. Iniuriosum est Sacræ Cæsareæ Maiestati cogitare, quod velit, quod iusserit vim inferri Provinciæ quæ Dominio subiacet Reipublicæ, ibiq; Ministrum constituere, qui absq; communicatione cum Supremo Regimine mandatorum, quæ ab Aula sua accipit, Iudæos ad libitum favore, cum Ipsis Mercaturam Publicam exercere, Eiusdem Synagogam erigere, atq; ita Privilegia Nobilitatis, Iura et Leges totius Provinciæ invertere, atq; Civitates devastare, sibi licitum adscribat. Miror admodum qua propter Magnificas ac Generosas Dominas Vestras silentio hactenus præteriisse, quæ mihi in præsens narrant, et per Supplices exponunt Sacræ Regiæ Maiestati de damnis per Iudæos a Generoso Buthlar illatis, deq; per Ipsum vi occupato Prædio Sarrosen. Referunt quidem se ante sex menses ad Magnificum Junck ablegatum Sacræ Regiæ Maiestatis Petroburgi horum Negotiorum scripsisse, nullum autem ad huc obtinuisse responsum; Naturale est nihil efficere posse Ministrum in his, quæ Dominum et Principem suum tangent, opportunius a Magnificis et Generosis Dominationibus Vestris relatio facta fuisset Aulæ ante discessum Serenissimi, et hic præsente Russicæ ablegato, attamen quod hodie maiorem facit difficultatem omnes repræsentandi, effugere nolo, et meum arbitror quando cunq; agere, ut opera Serenissimi Provinciæ Reipublicæ in libertate maneant, et usu Legum suarum et Prærogativarum omnia quippe incerta sunt, cum a Iure discessum est; Interea Magnificis et Generosis Dominibus Vestris, omnia quæq; fausta et prospera, a D. C. M. cordicitus apraecor.

Rescriptum Sacræ Regiæ Maiestatis ad Magistratum Skarszewiensem, pro comportando Protocollo et Actis eiusdem Magistratem ad Iudicia assessorialia Varsaviæ die 24ª Januarii 1753ª anno Domini.

Augustus Tertius &.

Spectabilibus et Honoratis Pro Consuli Consulibus Advocato et scabinis Civitatis Nostræ Skarszewiensis fidelibus Nobis dilectis Gratiam Nostram Regiam. Spectabiles et Honorati fideles Nobis Dilecti. Cum in Causa inter Successores Borkowianos ab una, atq; Successores Kossowianos parte ab altera in Iudiciis Nostris pendente Copiæ vidimatæ seu extractus ex protocollo sive Actis Civitatis Nostræ Skarszewiensis Donationis per Reverendum olim Wulff Nominatum Episcopum Culmensem in Personam Magnificæ de Wulffy Kossowey Palatinæ Culmensis, eiusq; Filiorum in Anno 1808ª facta et recognitæ, coram Iudicio Nostro Assessoriali per Partes productæ in se discrepent, ea propter Decretum Comportationis Actorum in hoc Casu necessariæ, sub actu hodierno in iisdem Iudiciis Nostris intercesserat. Cui insistendo Fidelitates Vestras requirimus, iisq; mandamus, quatenus vigore Literis præsentis indilate videlicet in triduo ab insinuatione earum Librum hunc Protocolli, scilicet Actorum, in quo memorata Donatio per Reverendum Wulff Nominatum Episcopum Culmensem in Anno 1808ª facta, et per eundem subscripta continet eodemq; libro unum ex Scabinis velitam Juratum Notarium Varsaviam transferendo deputent, ac abrigi Actum ad Iudicia Nostra Assessorialia comportari faciant, in integrum. Facturæ sunt præmissa Fidelitates Vestras Pro Gratia Nostra, officiiq; sui Debito, ac sub pœna quingentarum Marcarum Hungaricalium in Casum præsentibus Literis Contraventionis per fidelitates Vestras incumbenda. In quorum fidem præsentes Manu Nostra subscriptas, Sigillo Regni communiri iussimus. Datum ut Supra.

Reskrypt do Urzędu Radzieckiego. Itom

Błońskiego na administracyą Substancyi po zmarłey Maryannie Mrowickiey Mieszczce Błońskiey pozostałey dnia 27ᵐᵉ Miesiąca Januarii 1753ᵉ Anno Warszawie.

August Trzeci &.

Jacnie Rawetnym Burmistrzowi y Całemu Urzędowi Miasteczka Naszego Błonia Wiernie Nam Miłym Łaski Nasze Krolewska Jacnie Rawetni Nam mili. Przełożono Nam iest iakoby na fundamencie iakowegoś Testamentu przez niedawno z Małża Maryannę Mrowicka Wdowę Mieszczkę Błońską uczynionego Wielebni Łukasz Jaxiarski Proboszcz y Franciszek Perkowski Wikary Błoński Zakonu Swiętego Augustyna Kanonicy Regularni całą Prawie Substancyą po wspomnioney Maryannie Mrowickiey tak w ruchomościach iako y Dobrach nieruchomych pozostałą ogarnąć y do siebie zabrać mieli, y dotych czas ona podług Woli y zdania swego dysponuia, tak, iżby przy cayemy Inwentarza takowey pozostałey fortuny dla Sukcessorow spisać nie można: Ponieważ zaś podług Prawa dozor y administracya Dobr po zmarłych pozostałych, oraz należyte opisanie onychże Inwentarza do Urzędu Waszego przynależy. Wiec my z Władzy Naszey Naymyślszey Krolewskiey rozkazuiemy y pilno Wam zlecamy, azebyście zaraz niezwłocznie od aktu odebrania tego listu Naszego wyrzeczone Dobra ruchome y nieruchome, wszelkie Sprzęty y rzeczy, Zboża y bydła, oraz y pieniądze, ieżeli iakie w gotowiznie znaydować się mogą, po śmierci namienionej Małżonki Maryanny Mrowickiey Mieszczce Błońskiey pozostałe, nieuważaiąc na zadanie z Strony Wielebnych Proboszcza y Wikaryusza Błońskich opponuiące, y przeszkody, ani na żadne Mandaty wydane ad reponendum, wydysponuią y administratora wrotz odebrali, odebrawszy, Inwentarz należyty onych opisali, y one tak długo w administracyi trzymali, dokąd finalna względem ważności lub nieważności mniemanego Testamentu, tam gdzie, y przed kim, podług Prawa będzie należało, nienastąpi rozprawa. Uczynicie to dla Łaski Naszey krolewskiey, y Urzędu swego Powinności, Na co dla lepszey wiary Pieczęć koronna przycisnąć rozkazaliśmy. Datum ut Supra.

Rescriptum ad Nobilem et Spectabilem Magistratum Cracoviensem pro Parte Generosi Grzeciak Capitaneatus Rabstinentijs Commissarii eum declaratione Lrar. Moratoriarum per Nobilem et Spectabilem Frantz exportatarum Varsaviæ anno Domini 1753ᵒ expeditum.

Augustus Tertius &.

Nobilibus et Spectabilibus Pro Consuli Consulibus Totiq̃ Magistratui Civitatis Nostræ Cracoviensis fideliter Nobis Dilecti Gratiam Nostram Regiam. Nobiles et spectabiles fideliter Nobis Dilecti. Et si Generosus Andreas Grzeciak Capitaneatus Rabstinensis Commissarius pro quodam Cremato Nobili et Spectabili Andreæ Frantz Civitati Mercatori Cracoviensi per eum Conercdito summam mille florenorum Polonicalium vigore submissionis cuiæ manualis Chyrographariæ sibi debitam, ab eodem Nobili Frantz eiusdem summæ Debitore per Sententiam in Officio Consulari Fidelitatum Vestrarum die 28ᵉ Augusti Anno immediate elapso ex Controversiis Partium earundem definitive prolatam evicerit, citatiq̃ per Eundem Nobilem et Spectabilem Frantz via prosequendæ appellationis a prædicta Sententia interpositæ, nontamen per fidelitates Vestras admissæ, ad Judicia Nostra Assessorialia edita, jam Cassata sit; Nihilominus Idem Debitor Nobilis et Spectabilis Frantz in grave dicti Generosi Creditoris sui Prajudicium, elusionem Justitiæ, atq̃ in retardationem Processus executorii literis Nostris Moratoriis subinde generaliter adversus quosvis suos Creditores obtentis sese tueri, et defendere, taliterq̃ a prænomorata Sententia solutionis prætactæ summæ ab ulteriorigq̃ rigore Processus fidelitatum Vestrarum se extricare conatur. Cum vero literæ Nostræ Moratoriæ Civibus adversus Creditores nimirum Personas Equestris Ordinis idq̃ virtute Constitutionis Regni 1588ᵉ sub nullitate earum dari prohibeantur, multo minus secus datæ easdem Personas Equestres efficere valeant; Quo circa memoratas literas Moratorias per Nobilem et spectabilem Frantz illimitate adversus omnes Creditores suos s: non apposita exceptione Personarum Equestris Ordinis: ///

impetratas ad terminos praeallegatae Constitutionis Regni reducendas, et declarandas esse duximus prout quidem in eo, quod praedicta literae Moratoriae memoratum Nobilem et Spectabilem Frantz a solutione praetacti debiti Generoso Szeciak Personae Equestris Ordinis facienda, ac ab ulteriori executione fidelitatum Vestrarum subtrahere, ac protegere minime possint, aut valeant, declaramus, Fidelitatibus quoque Vestris, serio mandamus, quatenus non attentis praedictis literis Moratoriis ulteriorem executionem Decreti sui ad Instantiam saepedicti Creditoris Generosi Szeciak in et contra praefatum Debitorem Nobilem et Spectabilem Frantz iuxta praescriptos Juris gradus administrent; secus non facturae fidelitates Vestrae pro Gratia Nostra officiique sui debito. In cuius rei fidem praesentibus, Sigillum Regni est sub impressum. Datum Varsaviae ut supra.

Copia Literarum ad Sacram Regiam Maiestatem a Venerabili Capitulo Camenecensi in Negotio Decanatus Cathedralis Camenecensium per Reverendum Oranski Episcopum Bellinensem sub et obreptitie apud Sacram Sedem Apostolicam obtenti, Camenci die 11e Februarii 1753e anno Scriptarum.

Serenissime Rex.

Non ignoramus quanta pietate et Clementia Catholicam Religionem ac Subditos sibi devinctissimos, eorumq̃ servanda inviolabiliter Jura Serenissima Maiestas Vestra prosequi soleat, prout et in Negotio Decanatus Cathedralis Camenecensis Podoliae morte Per Illustris olim Jedymin vacantis per Gratiosum manutenendorum Jurium Rescriptum ad Illustrissimum Episcopum Kijoviae a Sacra Sede Delegatum pro exequenda Provisione eiusdem Decanatus ad dinistram Reverendissimi Oranski Episcopi Bellinensi et Suffraganei dicti Camenecensis informationem Contra Concordata inter Sacram Sedem, et Serenissimum divae memoriae Sigismundum Primum Regem Poloniae impetrata experti sumus. Profundissimas itaq̃ gratias Serenissimae Maiestati Vestrae exolventes, ulteriorem Protectionem ad prependendam eius modi Provisionem praeassertis Concordatis contrariam, tum ad praeiudicium supradicti Antistitis contra Patrias Leges ipsum Sedi Apostolicae suggerendum precibus humillimus imploramus. Adaras igitur placabiles Hostias pro diuturnitate Serenissimae Maiestatis Vestrae in columitate Offerentes, manemus. Serenissimae Majestatis Vestrae Humillimi Exoratores et Subditi fidei. Capitulum Camenecense Podoliae.

Literae ab eodem Venerabili Capitulo Camenecensi ad Illustrissimum Supremum Regni Cancellarium in eadem materia die 11e Mensis Februarii 1753e anno Domini scriptae.

Illustrissime q.

Non latet Nos quanta in Religionem Catholicam pietate, quantaq̃ in rebus gerendis dexteritate polleat, ut his compertis, Illustrissimae Dominationi Vestrae Vigilantissimo Legum Custodi vim et iniuriam, quae non solum Capitulo Nostro, verum etiam Concordatis inter Sanctam Sedem, et Serenissimum Sigismundum Primum Poloniae Regem a Reverendissimo Oranski Episcopo Bellinensi Suffraganeo dicto Camenecensi per Provisionem Apostolicam, pro Decanatu Cathedrali Camenecensi Collationis Illustrissimorum Dominorum loci Ordinariorum morte Per Illustris olim Jedymin mense Octobri Sedi ordinariae vigore praemissorum Concordatorum affecto Anno Domini 1751e secuta, vacanti, ad malam et dinistram informationem favore sui impetratam, sit illata evolvamus. Pergvam tum et obreptitie obtentam cum Publica Regni Jura ac Nostra remaneant convulsa, necessarium existimavimus. Illustrissimae Dominationis Vestrae ulteriorem continuandam Protectionem imploraro quam profundissimis precibus apud Sacram Regiam Maiestatem in Negotio eius modi Decanatus inter pellandam invocamus. Non desunt et aliae rationes, quae eundem Stallum dictum occupari posse vetant, quas cum ob respectum Illustrissimae Dominis Vestrae non sit huius loci extendere, maluimus plenius per Reverendissimum Humiecki Decanum Nostrum

informare. Cuius Negotium speciali dexteritati, et Nostrae Gratiae inniti mando demississimo Cultu manemus. fidem qui supra.

Informatio Synoptica in Negotio Decanatus Cathedralis Camenecensis Podolicae, per Reverendissimum Woyna Oranski sub et obreptitie a Sede Apostolica obtenti.

Postquam Reverendissimus Adamus Woyna Oranski Episcopus Bessinensi in Partibus, Suffraganeus dictus Cancellarius Camenecensis Podoliae in Polonia variis mediis ab Illustrissimo Excellentissimo et Reverendissimo Domino loci Ordinario de Decanatu Cathedrali Camenecensi morte Per Illustris Jedymin Anno Domini 1751e Mense Octobri Sedi Ordinariae vigore Concordatorum inter Sacram Sedem Apostolicam et Serenissimum Sigismundum Primum Regem Poloniae de alternativa Mensium in conferendis Dignitatibus Personalibus, administrationibus, Officiis Canonicalibus et Praebendis nec non aliis beneficiis Ecclesiasticis servanda introductorum affecto, subsecuta, vacanti, providere, ac ad eundem instituí supplicavit, Idem Illustrissimus Dominus loci Ordinarius Collator eiusdem Decanatus ex rationibus animum suum permoventibus ad eundem Decanatum praemisso modo vacantem Per Illustrissimum Reverendissimum Stephanum Humiecki ad praesens Judicem ad Tribunal Regni Deputatum, Virum morum probitate, praclara Generis Nobilitate, Literarum scientia, conspicuum, Ecclesiae et Communi Bono utilem selegit, ac plus quam ab anno intra legitima tempora, ad eundem instituit, qui in Pacifica Possessione Stalli dum extiterat, Reverendissimus Woyna Oranski Sibi de eodem Decanatu apud Sacram Sedem, ac si ex eo quod Dignitates in Cathedralibus post Pontificalem maiores Sedi Apostolicae iuxta Regulam quartam Cancellariae J: quas Piasecki in sua Praxi Epli parte 2a Capite 5o Articulo primo de collatione Beneficiorum refert: sint reservata, providere instituit, prout ad eiusmodi malam et ne Beneficiorum refut: sinistram informationem praetensa Provisione favore sui impetrata, et ad Illustrissimum et Reverendissimum Episcopum Kijoviae pro executione delegata et directa, dum idem Reverendissimus Oranski studio ut ea quae de Jure et consuetudine sunt praemittenda vitet, potestatem in personam Per Illustris Adami Plotnicki Custodis Cathedralis Camenecensis Podoliae ac sui germani Sororini de Jure recusabilis ab Illustrissimo Episcopo Kijoviae subdelegandam affectavit et ad vota obtinuit. Itaq; sub die vigesima Mensis Januarii Anno Currenti 1753e praetermissis Innotescentialibus contra quosvis Interessantes, multo magis Notorios Oppositores, Literis, tempore eiusmodi celebrandis, Installationibus insolito per dictum Reverendissimum Plotnicki absentibus Canonicis et Clero clandestine exhibit installatibus, quem installationis actum Plenipotentis Illustris Magnifici Instigatoris Regni, circa Rescriptum Sacrae Regiae Maiestatis tantisper suspendendam executionem donec a Sacra Aede resolutum fuerit, ad convulsionem legum et Concordatorum per eius modi impetrationem Provisionis attentatam edisserens, ac dicto Reverendissimo Plotnicki tunc praesentatum, pacificam eiusdem Possessionem protestati oppugnarunt, qui Reverendissimus Oranski non attentis dictis Protestationibus et nullitate astitae Installationis publicae Dominos Plenipotentes verbis ignominiosis affecit, ac dein Villam Bezno ditionis speciali Jure ab eodem Decanatu exemptam, quinimo nec spectantem pro Distributionibus Capituli dispositam violenter occupaverunt, ac varias in iurias intulerunt, et adusq; inferendas non desistunt. Eius modi Provisio contra Concordata Regni Poloniae obtenta, ut praesenti in casu subsistat, minime evincitur, nam haec cum in favorem Ordinarium semper veniant latissime interpretanda iuxta Piasecki loco citato, Articulo secundo, quae Beneficia conferre possit, Episcopus Numero 10o adeo sunt a Regulis Cancellariae et aliis Legibus communibus exempta, ut praescriptionis, non usus Legis non receptae Oppositionem non admittand, quinimo cum semper aquibusvis derogationibus, etiam Cancellariae Regulae et Revocationibus ex eo quod sopiant vim Contractus sunt exceptuata; regulariter iisdem Papa uti ob favorem Publicum ff.

ad conservandam tranquillitatem in Provinciis inductis non solet derogare, prout solide loco citato laudandus Piasecki Numero Undecimo edisserit, ac id ipsum clare ex verbis Concordatorum Poloniæ sub Clemente VII^o incipiendum cum singulari Anno 1525^o Calendis Xbris editis quod q̃ et Leonis Prædecessoris eius modi, de præsentes literæ, sub quibus cunq̃ Revocationibus generalibus et Specialibus ac Cancellariæ Apostolicæ Regulis minime comprehensæ fuerint, nec sint neq̃ comprehensæ fuerint, nec sint neq̃ comprehensa fuisse ac esse censeri. Et hæc quo ad eius modi provisionem paucis referendo, quantum Interesse præsens respicit etiam Personam Reverendissimi Oranski Palatinatui et Clero exoti, brevibus venit explanandum: Hic quamvis qua Cancellarius Camenecensis sit confrater omnium Personarum Capitullum, tamen a pluribus Annis sub ambitu Characteris Episcopalis absolutum et despoticum Dominium sibitam in Ecclesia quam in Capitulo usurpavit, Proventus omnes Ecclesiæ et Capituli sub quesitis coloribus ad se traxit, præsens in Capitulo pluralitatem non per Vota, sed tumultuose semper habere studuit. Vicarium Capitularem Sede Vacante, post obitum Illustrissimi olim Wessel Episcopi despotice egit, omnia derelicta post eundem intestatum non requisito Capitulo sibi usurpavit, ac post plures alios intestatos Clericos et Canonicos sese ad eorum derelicta intromisit, Imaginariam fundationem Suffraganeatus Camenecensis Podoliæ stante sede Illustrissimi olim Hosii et inscribendam officiose eo fine summam viginti millium florenorum Polonicalium promisit, contra quam actus reclamatorios fecit ad Bona, super quibus eius modi inscripta summa extitit, dum Capitulum e medio sui Commissarios deputaverat, eosdem virgis cedendos capitulariter sese temere jactavit, subiecta prorsus Ecclesiæ inutilia ad minores et sacros maiores Ordines promovenda studio iactandi Characteris Episcopalis curavit, concordata inter Capitulum, et se protunc Administratorem Sede vacante post obitum Illustrissimi olim Wessel electum facta, ex Archivo Capituli in scrinio Secretario dam surripuit, Bona Horo cubience et Racunce antiquitus ad Præpositurum Hospitalis S. Lazari pro invalidis Militibus fundati spectantia sub tempus pratense Possessionis Suæ, qui in Curiam sive alio Titulo permisit alienanda, Causam Successoribus Satisfactionis respectu Summæ pro refectionibus Capituli Officiose inscriptæ in Judiciis Tribunalitiis Regni in institutam, dum Judicem ad Tribunal Regni Deputatum e Capitulo Luceoriensi egit, omnis modis impedivit dissuadendam, aliaq̃ plurime attentavit. Quare Idem Reverendissimus Oranski eadem Dignitate Decanatus præmissis obstantibus fungatur, Judicio Curiæ vis dijudicandum relinquitur.

Litera a Magnificis a Generosis Supremis Ducatuum Curlandiæ et Semigalliæ Consiliariis, ad Illustrissimum Supremum Regni Cancellarium, quibus vogant, dignetur abordare ut Rescripto alio, Rescripta favore Generosi de Vischer ad Eos et Generosum de Mirbach ad mala informationem extradita cassentur, expectatioq̃ decisionis in Judiciis Relationum Sacræ Regiæ Majestatis propriarum Eidem Generoso Vischer impungatur, Mitaviæ die 17^o Mensis Februarii 1753^o Anno Domini Scripta.

Illustrissime &

Illustrissima Excellentia Vestra insigne et maxime conspicuum constantiæ et pupetuæ suæ ad Justitiam accuratissime administrandam propensionis documentum dedit, dum ad implorationem Generosi Capitanei Locum tenentis Vischer hæreditarii in Kargadden Rescriptum Sacræ Regiæ Majestatis Domini Nostri Clementissimi in causa contra Generosum Joannem Dietericum de Mirbach

ratione Prædii Weggen ab hoc possessi ad sola illius petita, extradi non posse censuit, sed prius uberiorem rei Notitiam suppeditandam esse duxit; Quam vis igitur Generosus de Vischer jam iam Rescriptum Sacræ Regiæ Maiestatis de dato nona Decembris 1752e sub Sigillis Pro Cancellariatus Regni et Supremi Cancellariatus Magni Ducatus Lithuaniæ ad importunas sine dubio precos suas exportaverit, Nobisq; tradiderit, attamen tam voluntati Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ humillime obsequendo, quam ipsa rei necessitate, et Iurium ac Privilegiorum horum Ducatuum Incolumitate hoc poscente, integrum prout in Cancellaria vel Camera Ducali id negotium gestum est, et quid postea acciderit, sincere et fideliter referimus; Nimirum Generosus Capitaneus locumtenens Vischer Anno 1749e supplicaverat, ut Generoso a Mirbach mediante Mandato, ex Cancellaria edito transumptorum Contractus hypothecarii et Inventarii, quibus olim a Prædecessoribus Vischerianis Prædium illud Weggen avo Generosi de Mirbach in hypothecam traditum esset, quia eiusmodi documenta inter Proprietarium et Hypothecarium Prædii communia essent, miungeretur, Nosque ex iam fato præsupposito eius modi mandatum ad Iuris Præscriptum expedivimus, verum postea quam Generosus de Mirbach ad id mandatum remonstrando, intulerat, se Prædium illud longo iam Annorum spatio, non hypotheca, sed Dominii et proprietatis Iure tenere, quando quidem illud a Successore in Iura Vischeriana Titulo Dominii ad se translatum sit, hincq; anteriora solius hypothecæ attributa expiraverint, prædictaq; Documenta communia esse desierint, adeoq; concursum super Bonis Sparcensibus excitatum, quia ante illum motum Prædium Weggen Iure Dominii acquisiverit, se et prædium Weggen plane non tetigisse, Negq; Decretum Sacræ Regiæ Maiestatis inter alias Partes latum, sibi ut tertio noncitato, non audito, non defenso, præiudicare posse; requisivimus a Generoso de Vischer secundum Iura horum Ducatuum, ut remonstratione alia inlata Generosi de Mirbach elideret, ille vero in Scriptis ad Cancellariam porrectis nil aliud regessit, quam quod Generosus de Mirbach Instrumentum Iudiciale super Contractu empti, venditi Prædii Weggen, non produxerit, imo sibi id deesse, Nihilominus venditionem in Iudicio probare se posse asseruerit, ipsi autem Locumtenenti Capitaneo Vischer de tali venditione non constet, quare illam nec affirmare nec negare queat. Ex ejus modi igitur controversiis quæstio enata erat, quam in Cancellaria decidere iuri consonum non erat, sed quæ ordinariam Iudicis Cognitionem in Foro competenti exigebat. Per Lauda etenim Publica sub authoritate Illustrissimorum Commissariorum Sacræ Regiæ Maiestatis et Reipublicæ ad hos Ducatus designatorum præcautum est, ne Controversiæ inter Generosi Equestris Ordinis Personas Judicialem discussionem efflagitantes in Cancellaria definirentur, sed ad ventilationem coram Iudicio Ordinario remitterentur, ac ab eo Sententia ex actis et probatis pronuntiaretur; Unde alia resolutio ex Cancellaria dari non potuit, nisi ista, quod quoniam rationes ab utraq; parte ad duæ Iudiciali cognitione indigerent, in Camera nihil decidi posset, et hæc propter totum Negotium ad forum competens remitteretur. Contra istam ex Cancellaria extraditam resolutionem Generosus Capitanei Locumtenens Vischer appellationem ad Sacram Regiam Maiestatem eiusdemq; Relationum propriarum Iudicia interposuit, Cui cum deferri continuæ observantiæ Decisionibus Commissorialibus de Anno 1717e firmatæ repugnaret ipse extraordinariæ coram Notario Publico Regio appellavit, acta in latinum idioma verti, et terminum Collationi actorum præfigi, ac Parti adversæ ad notitiam deduci curavit, quæ etiam in termino Collationis ad fuit, et ei attendit, ex indeq; si satis appellatio admissibilis et prosequibilis foret, Causa ad Iudicia Relationum Sacræ Regiæ Maiestatis propriarum devoluta esset. Ex quo vero Judicia Relationum non statim celebrabantur tentavit Anno 1751e Generosus de Vischer Rescriptum Sacræ Regiæ Maiestatis exportare, quo Generoso de Mirbach miungeretur, ut iusta petita Generosi de Vischer transumpta Contractus Hypothecarii et Inventarii Weggensis ederet, ac Prædio Weggen statim cederet; Reverenss

dissimus atq; Illustrissimus Dominus Pro Cancellarius Regni ad Nos antea gratiose
rescripsit, ut Eidem de Statu Causæ huius informationem sufficientem suppeditaremus, et
quamvis sine longa mora voluntati eius obtemperando, notitiam totius rei Eidem dedimus,
continua tamen et sine cessatione apud Aulam pro Generoso de Vischer facta sollicitudo
effecit, quod Illustrissimus Pro Cancellarius necessitate adductus fuerit, ad eius modi Re-
scriptum expediendum, quamvis discreto Calamo, prout Ipsa Reverendissima ac Illustri-
ssima Excellentia sua responsoriis suis Nobis significare dignata est, addendo quod procul
dubio talem dicti Rescripti expeditionem impedivisset, si informationem Nostram an-
te aliquot dies habere potuisset, interim requisivit. Nos Reverendissimus ac Illustriss-
imus Dominus Pro Cancellarius, ut Partes Controversas quo quomodo, si fieri poterit ci-
tra strepitum et expensas Juris amicabiliter componere studeamus. Antequam igitur
ulteriorem in Contrarium remonstrationem Reverendissimo et Illustrissimo Do-
mino Pro Cancellario exhiberemus, pro Obtinenda amicabili compositione partes li-
tigandes ut Mitaviam veniant, invitavimus, hocq; impetrato in Causa Principali
compositionem facere tentavimus, sed irrito plane effectu dum intentiones Partium li-
tigantium tantum a se invicem distabant; Hinc Generosum de Mirbach
hortari cepimus, ut iuxta desideria Generosi Capitanei Locumtenentis Vischer transum-
ptum Contractus hypothecarii et Inventarii Weggensis ipsi salvo de cætero Jure suo extra
deret, tandemq; Generosus de Mirbach adhortationibus et persuasionibus Nostris locum
dedit, Nobisq; Originalia Instrumenta Contractus et Inventarii Weggensis exhibuit,
consentiendo, ut Nos salvo tamen Jure suo Transumpta horum Instrumentorum
Generoso Vischer extraderemus; Hoc facto et post quam vevera transumpta hæc
Generoso de Vischer communicavimus, sperare omni fas erat, hac ratione voluntati
Generosi de Vischer satisfactum esse, at vero ille vel studio Jura Generosi de Mirbach
ipso facto evertendi, vel ex singulari pertinacia non nisi ab ipso Generoso de Mirbach
Transumpta hæc accipere voluit, et transumpta ista Nobis reddidit, addendo Instru-
menta hæc Ipsi communicata non esse illa legitima Instrumenta, quæ desideraret,
sed noviorem se desiderare Contractum. Cum vero Generosus de Mirbach affirma ret, se
Juramento confirmare posse, quod noviorem Contractum non habeat, nec unquam habu-
erit, quale tamen Juramentum neutiquam in Camera, vel in Judicio præstandum foret,
dum exemplum sine exemplo, et res inaudita fuisset, Nobilem in Camera Ducali ad
præstationem eiusmodi Juramenti adigi, hæc omnia Generoso Capitanei Locum tenen-
ti exposuimus, quo facto ille rebus infectis abiit, posteavero denuo literis suis hos re-
quisivit, ut Generoso de Mirbach editionem documentorum a se desideratorum minu
generemus, quare ut pro viribus ipsi satisfaceremus, misimus ipsi alterave ce in forma pro-
bante transumpta Contractus et Inventarii Weggensis; Appropinquantibus vero Judiciis
Relationum Sacræ Regiæ Majestatis propriarum et hæc Nobis reddidit Transumpta,
atq; Generosum de Mirbach denovo appellationi interpositæ et Rescripto ad imperfec-
tam informationem impetrato inhærendo, ad Judicia Relationum propriarum citari
curavit. Quis igitur animo concipere potuisset, Generosum de Vischer non attenta ap-
pellatione interposita, et citatione novitus edita, adeoq; contra Regulam Viam quam
elegisti ambula, quid quod contra leges Cardinales et fundamentalem horum Ducatuum
in Causa coram Throno Sacræ Regiæ Majestatis pendente, et per citationem novitus in-
ducta novo Rescripto exportando operam sinistre navaturum fore? Sed experientia hoc
quoq; in passu edocuit arbitrari Generosum de Vischer sibi omnia reclamantibus quam-
vis Patriis Juribus licere. – Ex iis ideo præmissis Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ,
perspicacissimo et Justissimo Judicio trutinandum relinquimus, qua fronte Generosus
Capitanei Locumtenens Vischer hæc omnia in Cancellariis Sacræ Regiæ Majestatis
silentio præterierit, et quomodo avia, quam vemel per appellationem et citationem //

elegit, recedere, et per Rescriptum Sacræ Regiæ Maiestatis, illicito per leges fundamentales horum Ducatuum tramite causam a Judiciis retrahere et partem sibi adversam legitima sua defensione privare potuerit. Nonne enim Juri consentaneum est, ut Generoso de Mirbach copia probandi venditionem Prædii Weggen ante motum concursum à tunc eius Dominio sibi factam in Judicio competenti fiat, dum varii intervenire casus potuerunt, cur ista venditio statim in scripturam redacta non fuerit, quæ tamen de Jure solo consensu perficitur, ita ut Scriptura tantum facilioris probationis gratia, et qua ratione petitis suis speciem executionis Decreti Regii in Concursu Parenti lati præferre valet, cum de Prædio Weggen in Concursu Parenti nulla quæstio fuit, cumq̃ ille quidem faciendo amicabilem compositionem cum Generoso de Brinck Decreto hac ratione lato reditionem Prædii Weggen inseri curavit, sed quod probe non tandum Generoso de Mirbach absente, noncitato, non audito, non defenso, et quis præterea nesit Decreta quidem inter Partes litigantes ius facere, tertio autem non præiudicare, neq̃ quemcunq̃ Processum ab executione esse inchoandum, id quod Generosus de Vischer obtinere studet prætendens, ut Generosus de Mirbach prius Bonis his litigiosis cedat, tumq̃ in foro competenti agat. Equidem non dubitamus Generosum forsan de Vischer querelis suis iniustissimis colorem inducturum, ac si ob diversitatem Religionis ex Nostra parte aggravaretur, sed falsissime hæc prætexit. Ab omni enim odio ob diversitatem Religionis in Curlandia tam longe distamus, ut potius in omnium Nostrum ore sit, Dissensus in Religione non tollat amicitiam, non diffluat iustitiam. Imo ipsi Ministri utriusq̃ Ecclesiæ mutua benevolentia se invicem prosequantur. Si forsassis Generosus de Vischer dilationem celebrationis Judiciorum Relationum Propriarum impatienter tulit non tamen ideo Jura Patriæ infringere Conari debuit, nec enim ille solus est, qui celebrationem Judiciorum Regiorum expectat tenentur. Illustrissima Excellentia Vestra non ægre feret, quod prolixiori demonstratione Illam moratis simus. - Circa novissimum enim cum Generoso Equestri Ordine Compositionis actum, sanctissime promisimus, quatenus quoties Rescripta contra Leges horum Ducatuum forsan extraderentur, desuper remonstrationes sufficientes facere velimus, aliqua diametro et directo contra formulam Regiminis Statuta & Diploma appellatorium pugnat, in Causis per Appellationem vel Citationem ad Judicia Relationum propriarum devolutis quicquam per Rescripta decidere, et Generosus Ordo Equestris disputat de omnibus Juribus suis sic in Puncto hocce adeo præiudicioso iacturam faceret, quæ omnia tamen Generosus de Vischer reticendo vera rei momenta, promovere non erubuit. - Omnibus igitur modis et instantissime Illustrissimam Excellentiam Vestram implora-mus, dignetur pro Amore suæ Justitiæ, qui est summus et pro salvandis ac manutenendis Cardinalibus ac fundamentalibus horum Ducatuum iuribus, eo gratiosissime allaborare, ut Rescripto alio Rescripta favore Generosi de Vischer ad Nos et Generosum de Mirbach extradita, seu ad ministram Cancellariamm Regni et M. D. Lith. informationem, et ad importunas preces exportata cassentes, et Generoso de Vischer decisionem in Judiciis Relationum Sacræ Regiæ Maiestatis pro priasum in iungatur. Incomparabilem hanc Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ Gratiam Nobiscum Generosus Ordo Equestris, omnesq̃ horum Ducatuum Incolæ venerabundi prædicabunt, Nos vero imprimis cum demisso Venerationis cultu perseveramus.

Illustrissimæ &. Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ Humillimi obedientissimi Servitores. L. S. Christophorus Fridericus a Lacken Landhoffmeister rum - H.C. Friedr. de Sivers Cancellarius Otto Christophorus ab Howen Oberburggrabius H.C. ab Offenburg Land Marschalcus.

Libera ab Fisco ad Sacram Regiam Maiestatem quibus quæritantur quomodo in usum Militiæ Russicæ illorumq̃ Præfectorum, Sylvæ Ducales ingenti Numero deinduntur, Mitaviæ die 21ª Februarii 1753ª Anno Domini Scriptæ.

Serenissimæ et Potentissimæ Rex &.

Sacræ Regiæ Maiestatis Vestræ ex Officiorum Nostrorum debito iteratis iam vicibus aliquot ab hinc annis et a tempore degressionis, ut aiunt, ex parte Aulæ Imperialis Russicæ susceptæ, Casus horum Ducatuum odiendos exposuimus, et tale tempus commodum aliquando eventurum speramus, quo Sacra Regia Maiestas saluti horum Ducatuum pro Gratia sua Regia, quæ certe est maxima ex omni parte prospicere Clementissime dignabitur. Interea hæc dum speramus, subiectissimis quoq; mentibus Ducatus hi opem et auxilium, quæ ipsis Paterna Maiestatis Vestræ sollicitudo sæpius tulit, venerantur et Deum Immortalem Pro Domini sui longe Clementissimi salute indefessis precibus implorant. Quid quid adversi igitur Ducatibus hisce acciderit, supplices Sacræ Regiæ Maiestati ea exponere Nos devinctos videmus, qua propter denuo ad Maiestatem Vestram humillime referimus, quatenus inter alia incommoda hi Ducatus tractu temporis ex Sylvarum Ducalium devastatione irreparabile extimescant damnum. In usum enim Militiæ Russicæ illorumq; Præfectorum arbores Sylvarum Ducalium ingenti numero deputantur, a deo ut exitialia omnino damna exinde imminean, dum iam Sylvarum Præfecti et Custodes de Sylvarum et imprimis a Mitavia præsumarum excisione tristia referunt omina, indicantes quatenus per breve tempus ex inopia lignorum prope Mitaviam pro necessitate Domus Ducalis eiusq; Officialium nihil super erit, et copia lignationis plane deficiet. Nec silentio præterire possumus, quatenus hic Mitaviæ Dispositionem quam Generosus Camerarius de Buthlar Minister Aulæ Imperialis Russicæ extendat, dum non nulla ædificia ut pote ædes Cultui Divino Ecclesiæ Græcæ servientes, valetudinarium, aliasq; Domus pro beneplacito extruere fecit, quo ipso apparet hæc varia præjudiciosa ominari, et quam vis hæc omnia Sacram Regiam Maiestatem Vestram non lateant, nostrarum tamen iudicamus partium Clementiæ nec non Paternæ Curæ ac Providentiæ Sacræ Regiæ Maiestatis Vestræ hosce Ducatus et illorum Nostramq; salutem iteratis subnissimis precibus commendare. Iterum atq; iterum Sacram Regiam Maiestatem Vestram subiectissime imploramus, ut incolumitati harum Provinciarum devotissimam erga Sacram Regiam Maiestatem Vestram fidem et subiectionem servantium prospicere, illarumq; auxilium recordari Clementissime dignetur, quibus expositis ad Cineres usq; cum profundissima submissione perseveramus. Serenissime ac Potentissime Rex Rex ac Domine longe Clementissime Sacræ Regiæ Maiestatis Vestræ Subiectissimi ac fidelissimi fidem qui supra in diteris Cancellarii.

Litera Fidem ab Eisdem ad Illustrissimum Supremum Regni Cancellarium ratione Protectionis Infidelibus Judæis a Generoso Camerario Buthlar data, sedisq; Mitaviæ in ædibus suis concessa, ac Prædii Sarrosen non restitutionis die 24ta Mensis Februarii 1753ti Anno Domini Scripta.

Illustrissime &.

Gratissimum Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ affectum, quo se omnes representandi deliderio Nostra apud Sacram Regiam Maiestatem effugere nolle idq; potius agere velle, benignissime pollicetur, ut opera Serenissimi Provinciæ hæc in libertate, et usu Legum suarum et Prærogativarum maneat, summa mentis submissione colimus, et ad cineres usq; colemus. Quo magis igitur salutis communis, Nostrumq; quam maxime interest, incomparabilem Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ gratiam, quæ ex variis Nos iam duxit angustiis, sancte servare, eo minus super sedere debuimus, ut suspitionis notam, inquam forte apud Illustrissimam Excellentiam Vestram ratione Protectionis Infidelibus Judæis a generoso Camerario de Buthlar data incidimus, a Nobis omnimodo dimovcamus et dedinemus; Confidentes omnino Illustrissimam Excellentiam Vestram pro Gratia sua Nobis toties præstita excusationes Nostras libenter esse susceptuam. Ante biennium jam Sacræ Regiæ Maiestati et Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ submississime et enodate exposuimus Generosum Camerarium de Buthlar contra Leges Publicas et in exitium Civitatum imprimis Mitaviensis ff

Judæis sedem in ædibus suis concessisse, imo amplum ædificium in fundo Ducali extrui curasse, et Synagogæ Judæorum destinasse, hinc subiectissime Sacram Regiam Maiestatem imploravimus, ut modis sibi benevisis Clementissime prævideat, ne Generoso Camerario de Butthlar attentatum hoc contra Leges succedat, et sic Legum integritati efficacissime commutatum. Nec defuit precibus Nostris Sacræ Regiæ Maiestatis Clementia, omnia Nostra præconia exsuperans, et Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ Gratia Nobis et Patriæ Nostræ certe inæstimabilis. Dignata etenim est literis suis Gratiosissimis certiores Nos reddere, quod acceptis literis Nostris cum Notificatione pernitiosæ protectionis, qua Generosus de Butthlar Infidelis Judæos Mitaviæ tuetur, mentem Regiam desuper explorare non intermiserit, et Secundum Sacræ Regiæ Maiestatis intentionem Promemoria iuxta Copiam Nobis transmissam, una cum aliis Ministris Regni et Magni Ducatus Lithuaniæ Excellentissimo Domino Comiti de Keyserling Sacræ Imperialis Maiestatis Russorum Ministro Plenipotentiario insinuaverit. Quamvis igitur non statim querelarum Nostrarum reparatio insecuta sit, putavimus tamen moram æquo animo ferendam esse, quia expeditiones Aulicæ variis sæpius impedimentis retardantur, nec toties querelis Nostris Sacræ Regiæ Maiestati Domino Nostro Longe Clementissimo, et Illustrissimis atq; Excellentissimis Status Ministris molesti esse voluimus, interim quantum in viribus Nostris positum fuit, in hoc ut in aliis momentis Civitatibus prospicere non intermisimus, id quod variis ut speramus documentis, Illustrissimæ, quoq; Excellentiæ Vestræ satis probatum erit imprimis querelas, quas aliis quoq; in passibus pro bono Civitatum detulimus, gratiose recordari dignabitur. Hac rerum connexione stante speravimus Magnifico Domino de Innek Allegato Sacræ Regiæ Maiestatis non incognitam forsan futuram esse; Et quia idem non attentata Generosi de Butthlar immediate Aulæ Imperiali Russicæ deservæ valet, non ab re foro iudicavimus, circa huius Negotii Causa ad eundem scriberemus, illumq; requireremus, ut quantum fieri posset, et prout id intentioni Sacræ Regiæ Maiestatis indicabit convenire, officia sua Petroburgi interponat et efficere studeat, ut Generosus de Butthlar ad ejiciendos Judæos, et ad restitutionem Prædii Sarrosen, cuius ablatio interim quoq; acciderat, adigatur; affulsit quoque Spes quædam medelæ hac via impetrandæ, non tamen ex votis successit, quare ubi diutius morari hanc medelam vidimus, denuo et iterum ad Ipsum Dominum Nostrum, longe Clementissimum, et Illustrissimos Ministros Status confugimus, etiam igitur atq; etiam, et quam demississime petimus, dignetur Illustrissima Excellentia Vestra excusationibus Nostris locum gratiose dare, neq; in posterum Gratia et auxilio suo Nobis deesse, sine iis enim adjumentis vivere nec possumus, nec volumus; Est enim et nunc alterius querelæ apud Sacram Regiam Maiestatem iteratio necessaria, quam in literis supplicibus hic annexis subiectissime exposuimus, et pari ratione hoc quoq; Negotium Gratiæ et Summæ benevolentiæ Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ commendamus, qui indefesso Venerationis Cultu perseveramus. Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ qui Supra.

Reskrypt do Wielmożney Bielinskiey Woiewodziny Chełminskiey, Starościny Sztumskiey intuitu Chrostow do naprawienia Tamżgodnych, aby ich w Starostwie Sztumskim Zuławianom niebroniła, y pracy żadney na Nich nie wyciągała. z kancellaryi Wielkiey Koronney Dnia 17e Miesiąca Marca Roku Pańskiego 1753e expedyowany.

August Trzeci etc.

Wielmożney Teki z Pepłowskich Bielinskiey Woiewodziny Chełminskiey, Starościny Sztumskiey Uprzeymie Nam miley Łaski Nasze Krolewskie. Wielmożna Uprzeymie Nam miła. Doniesiono Nam iest przez Panow Rad Naszych Imieniem y z Strony Uczciwych Jey graffow Starszych Przyiaciołych y całego Pospolstwa obojey Zuławy Ekonomii ff

Naszey Malborskiey. Iż oni lubo od Nayiaśnieyszych Antecessorow Naszych Kazimierza wroku 1472o Zygmunta Augusta w roku 1563o Zygmunta IIIo w Roku 1597o y innych potym idących Przodkow Naszych Krolow Polskich, maią sobie nadane wolności wolnego Chrostow rąbania w Dobrach y Starostwach Naszych w Woiewodztwach y Ziemiach Pruskich leżących, do reparacyi Tamow y przerwow potrzebnych, y tymże Żydawianom bez wszelkiey zapłaty pozwolonych ktorych podług Praw pomienionych Imże służących wolno zawsze z Starostwa Naszego Sztumskiego zażywali, iednak temi czasy rąbanie Chrostow na przerwy y Tamy potrzebnych przez Administratora, czyli Ekonoma pomienionego Starostwa Naszego Sztumskiego iest Im zabronione; Dla czego zdało iż Nam Uprzeymości Waszey niniejszym remonstrować listem, y oraz rekrirować, azebyś Dozorce swego w Starostwie Sztumskim rostaiącego, upomniei nieomieszkała, aby żadna Miara wolnego Chrostow: ktore w pruskim czasie od rastać zwykły: rąbania tymże Żydawianom bez żadney zapłaty, nieważył się, y Cama Uprzeymości Waszą azebyś niezabraniała, y cokolwiek Żydawiani Nasi przed tym w tey mierze trudności doznawali, aby odtąd żadney oppozycyi od Uprzeymości Waszey y Jey Dozorcow niemieli, lecz aby ci Żydawianie podług Praw od Nayiaśnieyszych Antecessorow Naszych Im raskarie nadanych Chrost do tamowania przerwow y reparacyi Tamow potrzebny wolno bez żadney Zapłaty albo oppozycyi rąbali, żądamy, y aby im wolne rąbanie bronione niebyło przestrzegamy, spodziewaiąc się iż to Uczynisz Uprzeymości Waszą dla Łaski Naszey Krolewskiey y z Powinności swoiey. Dan w Kancellarii &.

Reskrypt in simili materia do Urodzonego Jakuba Xięcia Lubomirskiego Starosty Inowrockiego aby tymże Żydawianom w Starostwie swoim Inowrockim rąbania Chrostow do reparacyi Tam y y Przerwow potrzebnych niezabraniał y Płacy żadney na nich nie wyciągał, z kancelaryi Wielkiey koronney dil et Anno eiusdem expedyowany.

August Trzeci &.

Urodzonemu Jakubowi Alexandrowi Xięciu Lubomirskiemu Generałowi Kawalleryi Woysk Naszych y Starosćie Naszemu Inowrockiemu Wiernie Nam Miłemu Łaskę Nasza Krolewską. Urodzony Wiernie Nam Miły. Doniesiono Nam iest Przez Panow Rad Naszych Imieniem y z strony Uczciwych Tygrafow Starszych Przysiężnych, y całego Pospolstwa obojey Żydawy Ekonomii Naszey Malborskiey. Iż oni lubo od Nayiaśnieyszych Antecessorow Naszych Kazimierza w roku 1472o Zygmunta Augusta 1563o Zygmunta IIIo 1597o y innych potym idących Przodkow Naszych Krolow Polskich maią sobie nadane wolności wolnego Chrostow rąbania w Dobrach y Starostwach Naszych w Woiewodztwach y Ziemiach Pruskich leżących do reparacyi Tamow y Przerwow potrzebnych, y tymże Żydawianom bez wszelkiey Zapłaty pozwolonych, ktorych podług Praw pomienionych Imże służących wolno zawsze z Starostwa Naszego Inowrockiego zażywali, iednak temi czasy rąbanie Chrostow na Przerwy y Tamy potrzebnych przez administratora czyli Ekonoma pomienionego Starostwa Naszego Inowrockiego iest im zabronione; Dla czego zdało iż Nam Wielmości Twoiey niniejszym remonstrować listem, y oraz rekrirować, azebyś Dozorca swego w Starostwie Inowrockim rostaiącego upomniei nieomieszkał, aby żadna Miara wolnego Chrostow: ktore w pruskim czasie od rastać zwykły: rąbania tymże Żydawianom bez żadney zapłaty zabraniać nieważył się y Cam Wielmość Twoia, azebyś nie zabraniał, y cokolwiek Żydawianie Nasi przed tym w tey mierze trudności Twoich y Jego Dozorcow doznawali, od tąd, aby żadney oppozycyi z

niemieli, lecz aby iż Jutawianie podług Praw od Najiaśnieyszych Antecessorow Naszych Taskabrie Imdanamyd, chcieli do tamowania y reparacyi Tamon potrzebny wolno bez żadney zapiaty albo oppozycyi rabali, żadamy, yaby im wolne rabanie bronione niebyło przestrzegamy. Spodziewamy się iż to uczynisz Wiernosci Twoia dla łaski Naszey Krolewskiey y Powinnosci swoiey. Dan w Kancellaryi Wielkiey koronney ut Supra &.

Litera ab Illustrissimo Supremo Regni Cancellario ad Pra Nobilem et Spectabilem Magistratum Sedanensem respectu impositi valoris super Aureis Nummis die 21ª Martii anno Domini 1753º Varsavia scripta.

Pra Nobiles et &.

Et si iam ab aliquo tempore rumor in Regno sit sparsus Aureos nummos in Civitate Sedanensi in valore excedere quotidie, illorumq; cursum extraordinarium esse, sperabam tamen Prae Nobiles et Spectabiles Dominationes Vestras id diu non concessuras. Quoniam autem nulla apparet mutatio, et gravem pastura sint exinde iacturam mercimonia varii generis, quae ex Polonia deferri hac tempestate consvevunt, muneris mei esse censui Prae Nobiles et Spectabiles Dominationes Vestras hac in parte hortari, ut eius modi in conveniens quantocius obviameant. Vivimus Omnes unius Regni et Patriae membra, sub una lege, quae aureis nummis valorem ad maximum octo decem florenorum Polonicalium imposuit; Auctio valoris Sedani data maximum Nobilitati Polonae illuc mercimonia sua advehenti inferat praeiudicium nec potest nisi illius animum et iracundiam excitare. Licet enim aureus Nummus nimis auctus videatur usq; ad valorem octodecem florenorum, legis tamen authoritate ordinatur. Ultra vero quis potest valorem illi praebere sine Consensu Ordinum Regni? Dominationes Vestrae obtrudent mihi rationes Cambii, ex quo moneta vicina non ex aequo correspondet valori iusto aureorum, sed non agitur hic de Cambio solum modo de pecunia solvenda pro mercibus ex Polonia devehendis. Quod si moneta vicina non iusti valoris mundavit Civitatem Sedanensem, Auctores huius operis per quod id subsecutum est, denuncient, interea frena ponant audaciae pernitiosorum hominum, quippe quod propter privatum non nullorum lucrum, non dabimus tantum inferri toti Poloniae detrimentum, et nisi ad Legitimum valorem Aureus Nummus redigatur, periculo eorum id erit, qui manum huic iniustae auctioni dedisse invententur, et monetam extraneam non iusti valoris intulisse. Quod ut serio publice unicuique significare faciant, rogo et permaneo Varsaviae die ut Supra.

Rescriptum ad Nobilem et Spectabilem Magistratum Lublinensem, ut causa inter Nobilem Stanislaum Jelinski actorem, et Artum Nicolaum Jelinski Scabinum Lublinensem citatum summario Processu dis iudicetur. Varsaviae ex Cancellaria Regni die 10º Mensis aprilis anno Domini 1753º expeditum.

Augustus Tertius &.

Nobilibus et Spectabilibus Pro Consuli Consulibus, Totiq; Magistratui Civitatis Nostrae Lublinensis Fideliter Nobis Dilectis Gratiam Nostram Regiam. Nobiles ac Spectabiles fideliter Nobis Dilecti. Expositum Nobis est per Certos Consiliarios Nomine et pro Parte Nobilis Stanislai Jelinski, qualiter Honoratus Nicolaus Jelinski Scabinus Civitatis Lublinensis Frater illius Germanus citatus ad instantiam eiusdem Nobilis Stanislai ad Officium Vestrum Consulare Lublinense ratione Solutionis restantis certae pecuniariae summae Eidem ad manualem obligationem concreditae ff

variis Juris diffugiis et inutilibus dilationibus allaborat, per eius modi protractionem causæ Fratrem suum Hospitem ad inutilex expensas et damna non modica induit. Supplicatumq Nobis est, quatenus obviando ulterioribus indebitis procrastinationibus. Fidelitatibus Vestris, ut Causa præsens summarissimo Processu decidat, injungere et demandare dignaremur. Nos eius modi supplicationi uti justæ benigne annuentes. Fidelitatibus Vestris serio mandamus, et districte præcipimus, quatenus prædictam Causam remotis omnibus procrastinationibus et dilationibus, non obstantibus etiam diebus feriatis Jure hospitum de die in diem, nec attentis Nostris prosecutionibus p: si quas in protractionem Causæ Pars citata ex Cancellaria Regni exportaverit: / aut aliquibus Rescriptis Nostris, summarissimo Processu Fidelitates Vestræ dis judicent, a sola non nisi definitiva Sententa ad Nos Judicium q Nostrum Appellatione Parti gravatam de sentienti salva manente.
Secus fidelitates Vestræ non facturæ pro Gratia Nostra, Officiorumq Suorum debito. In quorum fidem præsentem s Datum Varsaviæ in Cancellaria Regni Die et Anno quibus Supra.

Litera Subdelegationis Spectabilis Michaelis Fierlowski Consulis Succensis ad Regimen Pro Consulare eiusdem Civitatis. Varsaviæ in Cancellaria Regni Varsaviæ die 10e Mensis Aprilis Anno Domini 1753e expedita.

Augustus Tertius &.

Spectabilibus et Honoratis Pro Consuli, Consulibus, Totiq Magistratui Civitatis Nostræ Succensis fidelitet Nobis Dilectis Gratiam Nostram Regiam. Spectabiles et Honoranti fidelitet Nobis Dilecti. Intelleximus ex Relatione certorum Consiliariorum Nostrorum Lateri Nostro assidentium, et ex supplici libello Nomine et pro Parte Communitatis dictæ Civitatis Nobis porrecto, quomodo inter Fidelitatis Vestras lites et Contentiones exortæ sint, scilicet Communitas contra Fidelitates Vestras ratione Publici ærarii damnificationis, calculi deperceptis et expensis non præstitionis, de Regimine non adæquate gesto, aliisq injuriis et prætensionibus. Fidelitates vero Vestræ contra Communitatem de inobedientia ac aliis inconvenientiis querelas habentes eorum intuitu Causas sibi et actiones ad Nos Judiciq Nostra Assessorialia mutuo et ab invicem intentaverint, interea hac ex occasione electionem annuam Pro Consulis statotempore fieri debitam irritaverint, quo facto eadem Civitas sine Regimine ac legitimo Præsidente existit. Supplicatumq Nobis est ut eidem Civitati Nostræ Succensi subvenire mus intali turbidine existenti et de Persona ex Magistratu Fidelitatum Vestrarum deligenda ad regimen Civitatis idonea, donec præmissa Causæ inter ipsos definiantur prospicere dignaremur. Cui Supplicationi uti justæ Nos benigne annuentes, ne tantis per dicta Civitas debito Regimine destituatur, exindeq aliquod damnum et præjudicium patiatur commendatam Nobis habentes adgerendum hocce officium Spectabilis Michaelis Fierlowski Consulis Succensis capacitatem, faciendum esse duximus. Ut Ipsi Regimen Pro Consulare eiusdem Civitatis ad decisionem Litis inter fidelitates Vestras, totamq Communitatem, damus et conferemus, uti quidem de plenitudinem Potestatis Nostræ Regiæ damus et conferimus præsentis Literis Nostris, Mandantes fidelitatibus Vestris, totiq Communitati Civitatis Nostræ Succensi, quatenus eundem Spectabilem Michaelem Fierlowski Consulem hactenus, pro vero et legitimo Directore Civitatis per Nos Constituto agnoscant, Eiq in omnibus licitis respondeant et ab aliis responderi curent. Spectabilis vero Fierlowski per Nos ad hocce Regimen Constitutus uti Subdelegatus Pro Consul illud dextre, pacate, ac in omni gerat prudentia. Facturæ sunt præmissa Fidelitates Vestræ pro Gratia Nostra ac sub pœnis contra Conculsores Mandatorum Nostrorum in Legibus Regni sanctis. In cuius rei fidem præsentibus Sigillum Regni est appressum. Datt ut Supra.

Reseriptum ad Nobilem ex Spectabilem Magistratum Civitatis antiquæ Varsaviæ, favore Nobilium Patronorum prima Instantia Varsaviæ die 10e aprilis 1753e emanatum.

Augustus &.

Nobilibus et Spectabilibus pro Consuli, Consulibus Totiq̃ Magistratui Civitatis Nostræ antiquæ Varsaviæ fidelibus Nobis dilectis Gratiam Nostram Regiam. Nobiles et spectabiles fidelibus Nobis dilecti. Expositum Nobis fuisse per certos Consiliarios et Juris peritos Nostros pro Parte Nobilium Causarum Civilium primæ Instantiæ Civitatis Nostræ Antiquæ Varsaviæ Procuratorum; quomodo Fidelitates Vestræ per Conclusa Vestra Anteriora intuitu non assumendi ad promovendas causas In Judiciis Vestris ultra numerum Duodecim Advocatorum, et respective Ultimarie die undecima Mensis Martii Anno Domini 1650mo per tres Ordines sub secutum statutis, et ordinatis, Nihilominus fidelitates Vestræ iisdem Conclusis suis inficias eundo Personas varias ad promovendas causas provelle sui ultra Numerum prædicta Conclusa constitutum sineq̃ Juramento ac vendusa recommendatione Patronorum actualium suscipere audetis; Quare Nos prædicta Conclusa Vestra respectu numeri Patronorum ast pro commoditate litigantium sufficientis facta, tanquam unanimi tenore per tres Ordines Statuta, rationem instam in suo robore manendi habentia, advertentes Fidelitates Vestras requirimus, ut eadem in toto observetis, et ultra Numerum Duodecim Advocatorum nunc actuali statu gaudentium, nempe Generosi et Nobilium Joannis Rembowski, Joannis Bykowski, Joannis Valerii, Antonii Rogalski, Michaelis Chromiewski, Josephi Nagrodzki, Syndici Antonii Kuzminski, Josephi Wuesinski, Casimiri Czeczerica, Josephi Chsecki, Josephi Bogusz Instigatoris et Bechorricz ad promovendas Causas nonnisi post recessum, aut obitum ex suprascriptis alicuius Personæ, iidq̃ ad recommendationem totius Palestræ, et non aliter, quæ ipsis habilis et idonea videbitur, suscipere non audeatis, supernumerarios vero nunc privatim susceptos a promotione Causarum removeatis, præsens literis Nostris præcipimus, Mandantes Fidelitatibus Vestris ut præsentes Rescripti Nostri literas in toto observetis, pro Gratia Nostra, et sub pœnis contra convulsores Rescriptorum Nostrorum sancitis. In quorum fidem &c. Datum ut Supra.

List do Jasnie Wielmoznego Jego Mości Pana kanclerza Wielkiego koronnego, od Jego Mości Xiędza Sossowskiego Dziekana y Prezydenta kapituły Lwowskiey z elucydacyą Jey Interessu z Miastem Jego krolewskiey Mości Lwowem ze Lwowa dnia 25go Miesiąca kwietnia Roku Panskiego 1753go pisany.

Jasnie Wielmozny &.

Jako zawsze Sędzow Jasnie Wielmoznego Wasze Mości Pana Dobrodzieia zbawienne Judicata każdemu rzeczegulności uczynione, iedyna staia się konsolacyą, tak teraznieysza Sententia decisiva w uieczystieniu Miasta tuteyszego Magistratu z Pospolitrem. Pospolstwa z Magistratem, natymtu mieyscu ogłoszona znam iż Nostro Capitulo sprawiła sensibilitatem, że Nam z tąd dosyć niepomyślne z wielkim niebezpieczeństwem nietylko dla Miasta, ale y Swiątnic Jego Panskich formować przychodzi prognostyki. Owo Polityka na pamięć ma iże Sentyment: Causam Religionis ita esse coniunctam cum ratione Status ut illa turbata vel mutata, illam necesse sit turbari vel mutari. Jednakowoż sparso rumori nieda się mieysca, abyś raczył Jasnie Wielmozny Wasz Mość Pan Dobrodziey z Łaskawości swey, lubo li ulokowałes Nationem Authenicam in Stallis Magistratus, iednak obostrożna Stanowieniu wyraźie w Dekrecie swym Kautelą, ktoraby iunctim cum latino Magistratu solitæ Devotioni in Archi Cathedrali Ecclesiæ uti Matrici Omnium Ecclesiarum adpisset, y huncce latinum Magistratum do swey Cerkwi avellere nieważyła się, tudzież aby in nomine Authena nieznay dowrali się Popones, alevei Authenticæ Personæ Capaces et Possessionatæ, gdyż się wiele znayduie skrytych Poprawczow, similiter aby Capitulum Nostrum bydo conservatum circa compactata a tot vetustate consumptis annis cum Personis et Magistratu latinis, Natio zaś Authena aby się przynaymniey nieważała ita, bo Cała quo alicuius na Miasto całe infortunii, ciężkoby się przyszło ukryć Kościołowi Bożemu skarbem y argentery

przyzdobionemu; Co trzymamy, iż z Beneuolencyi Jego Panskiey petitio totius Nostri Capituli suum sortietur effectum Zostaie Jasnie Wielmoznego Waszmość Pana Dobrodzieia Naymiszemi Kugami Xiędz Marcin Jan Lossowski Dziekan y Prezydent kapituły.

Respons na ten List od Jasnie Wielmoznego Jego Mości Pana kanclerza Wielkiego koronnego z konskich Dnia 6e Miesia ca Maia 1753e dany.

List W. Waszmość Panow de 25e Aprilis znalezionym odebrawszy Respektem mam Honor Im podziękować za elucydacya Interessu kapituły z Miastem Jego krolewskiey Mości Zwrotem. kiedy osoby Xiążęce musiały mieysce sie w Magistracie, cokolwiek tylko znaleźć mogłem sposobow, te wszystkie kazałem inserować do Dekretu, aby compactata Wasz Mość Panow z Miastem Zwrotem były nienaruszone et bonum Regimen takiey kolwiek niecierpiało inkonweniencyi, y ztąd ninieyszego Waszmość Panow listu wzięłka, wziąwszy informacya, niezaniedbam inserere do Dekretu omnes praecurtoditiones, ateraz zostawam distincta veneratione et cultu.

Kopia Listu Jasnie Oświeconego Xięcia Jego Mości Prymasa do Jasnie Wielmoznego Jego Mość Pana kanclerza Wielkiego koronnego z Łowicza dnia 8e Miesiąca Maia Roku Panskiego 1753e. pisanego.

Monseigneur &

Miałem Honor wtym czasie odebrać pisanie Jego krolewskiey Mości Pana Naszego Miłościwego y wnim adorować Cycowskie prawdziwie dla Honor tey Oyczyzny staraniа et solicitudines, kiedy ad utrumque Latum Listy swoie krolewskie odynosi wszystkich Nas in funiculis Charitatis prowadzic raczy od zachodzących rozmic y differencyi, ad animorum compagem. Idąc przeto za porodem tak wielkim, czyniąc kroki officiorum meorum, stosuiąc się we wszystkim do wzgl: tobliwych Intencyi Panskich, acte wyżrzkmione differencye nayrzeczy podobno rozmagaią się, et consistunt wtych okolicznościach, to iest o erekcye respektem myderkaffow, y o erekcye in causis fundi et granitierum. Na to stan nasz Duchowny, y konsystorze Nasze ztą szczerą klaryfikacyą się deklaracyą, ze ta iest a nie insza Intencya Nasza w sprawach o dziesięciny, o Wyderkaffy, et in causis fundi granitialibus, tylko szczegulnie i dysponowiły, niedaiąc na krok iedeń od nich odstąpić; Rozumiałbym zatym, iż to rzetelne z strony Naszey oświadczenie miałoby skutecznie zastanowić y uprzątnąć dalsze rozmice. Zabiera stan Duchowny dobra nadziei z listu Jego krolewskiey Mości Pana Naszego Miłościwego do mnie ordynowanego o Wszelkiey skromności stanu świeckiego ad bonam cointelligencyiam et harmoniam, która się naydoskonaley y nayskuteczniey przy Wysokim kredycie y Poradzie Waszmość Pana, a oraz mocney circa Supremum et dignissimum Ministerium Jego Kooperacyi stać się może, usilnie oto y gorąca Upraszam tąż drogą ochotnie do tak zbawiennego dzieła manum meam, a przytym upewniaiąc o podobnych Jchmość Xięży Biskupow Intencyach, cokolwiek ad cultum Legis Positivae należy. Jako zaś ta okoliczność daie mi okazyą odezwania się Waszmość Pana z powinną Weneracyą, tak upragnionym Sercem oczekiwać będę dalszego z nim zniesienia się. Interea polecaiąc mnie Gratiis et amicitiis Waszmość Pana iestem z należytym Uszanowaniem Wielmoznego Waszmość Pana Sługa szczerze życzliwym y Uniżonym Sługą Xiędz A. Ignacy Komorowski Arcybiskup Prymas mpp

Respons na ten List od Jasnie Wielmoznego Jego Mości Pana kanclerza Wielkiego koronnego z konskich die 12e Maii 1753e dany.

Zawszem był tey nadziei że dyfferencye zaszłe między Stanem Duchownym y świeckim wpadną zakończą się pro Gloria DEI konfidencya. a tym bardziey kiedy

Wasza Xięzęca Mość zamrzegasz się do tey pracy, ktora przy powadze Prymacyalney, przy wielkich Przymiotach Jego, nie może tylko do poządanego wszystko prowadzic końca; Wyjezdzam do Warszawy dla Sądow Assessorskich, będąc u Jmć Pana Marszałka Wielkiego koronnego bez ktorego dalszych krokow czynic nie mogę, ale y tam trudności nieznayde, bo Jego Sentymenta z pobożnością zlączone gdy do explikacyi przyjdą żadnego kościołom nieuczynią uszczerbku. We wszystkich tedy okolicznościach ale y w tych oczekiwać będę dalszych Waszey Xięzęcey Mości rozkazow, od ktorych chcę dependere, zostaie z głębokim Respektem.

Rescriptum Sacræ Maiestatis Regiæ quo Magistratibus Civitatum Mitaviensem et Libaviensem attribuit Titulus Nobiles et Spectabiles germanice vero Adelund Achtbacht Dresdæ die 18te Maii 1753e expeditum.

Augustus Tertius &

Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest Universis et Singulis. Cum Ordo in Civitatibus regnivat Magistratum, qui demandatam Supremam potestatem gerit et repræsentat, a Civibus aliisq Plebeis Personis distingui, atq expositum Nobis sit per Magnificos Consiliarios Latere Nostro assidentes atq Ministros utriusq Gentis quemadmodum in Civitatibus Mitaviensi et Libaviensi talis adhuc vigeat pristina et antigua consvetudo, ut Magistratus Personæ publicæ et in Judiciis præsertim eodem titulo exeipiantur, ac Cives et Plebeiæ Personæ. Supplicatum qua propter Nobis sit, ut Magistratus prædictarum Civitatum a Cæteris Personis Plebeib et Civibus Jurisdictioni dictorum Magistratuum subjectis distingvere Titulo Ipsis convenienti Clementer dignaremur. Nos perpensis æquitati et Ordini congruis petitis per præsentes titulum Nobilis et Spectabilis germanice Adel und Achtbaht Magistratui Mitaviensi et Libaviensi Conferimus atq vigore Supremi Dominii Nostri in hac Provincia demandamus Universis et Singulis, quatenus imposterum Titulum Nobilium ac Spectabilium Personæ Magistratus Mitaviensis et Libaviensis habeant, eoq allogvantur ubiq pro Gratia Nostra Regia Inquorum fidem &.

Rescriptum Sacræ Regiæ Maiestatis ad Generosos Supremos Ducatuum Curlandiæ et Semigalliæ Consiliarios, Favore Generosi Ulrici Vilhelmi a Stempel Dresdæ die eadem eiusdem Annoq eodem expeditum.

Augustus Tertius &

Generosis Supremis Consiliariis Ducatuum Curlandiæ et Semigalliæ fidelibus Nobis Dilectis Gratiam Nostram Regiam. Generosi fidelitas Nobis Dilecti. Relatum nobis est per Certos Consiliarios Nostros Nomine et pro Parte Generosi Ulrici Vilhelmi a Stempel, olim Generosi Nicolai Vilhelmi a Stempel Capitanei Grobinensis Filii, qualiter Ipse ex re et Interesse in functione Capitaneali Grobinensi obsequiorum Patris sui Summa mille viginti octo Thalerorum albertinorum grossorum decem et 3/4 ex proventibus Cameræ Ducalis sibi exolvi prætendat, eoq intuitu Calculationem Authenticam, sigillo Cameræ Ducalis munitam in Cancellaria Regni Nostri produci fecerit; Attentis itaq præcibus eiusdem Justitiæ et æquitati minime contrariis Fidelitatibus Vestris committendum esse duximus, committimusq præsentibus, quatenus supradictam Summam 1028 Thalerorum albertinorum gr 10. ex Calculatione Authentica provenientem, ac ad exolvendum debitam, fidelitates Vestræ quantocius fieri potest, ex Proventibus Cameræ Ducalis exolvi curent, ac realiter supradicto Generoso Ulrico Vilhelmo a Stempel enumerent pro Gratia Nostra et officiorum suorum debito. Inquorum fidem &.

Rescriptum Sacræ Regiæ Maiestatis ad Eosdem Generosos Supremos Ducatuum Curlandiæ et Semigalliæ Consiliarios intuitu relevendæ Summæ in Prædio Neuhoff die ff

eadem eiusdem ibidemq 1753. Anno Domini datum

Augustus Tertius m.

Generosis Consiliariis Supremis et Regentibus Ducatuum Curlandiæ et Semigalliæ fideliter Nobis Dilectis Gratiam Nostram Regiam Generosi fideliter Nobis Dilecti. Exponitum Nobis est percertos Consiliarios Nostros Quomodo Illustrissimus olim Fridericus Casimirus Dux Curlandiæ in anno 1689. Prædia Sessilen et Neuhoff in Summa Originali 233333⅓ Albertinorum Generoso Henrico Christiano de Brinken Capitaneo Maiori Tuchmensi invadiaverat Cuius filio Generoso Vilhelmo Ernesto Brinken erga alium fratrem Bona Neuhoff cessere. Ipsiusq filia Benigna Carolina unica Successoris primi Generosi Henrici de Brinck, Secundi exposit vobi Generosi Friderici de Mirbach Capitanei minoris Candaviensis Consors, memoratum Prædium Neuhoff prætacta Hypothecæ obnoxium possedit, Cum autem Successores suprafatæ Generosæ Benignæ Carolinæ ex summa in expedito Prædio Neuhoff hærente portionem suam habere debeant, Generosus vero Fridericus de Mirbach Capitaneus minor Candaviensis iisdem Successoribus summam Ipsos concernentem reluere intendit, facultatemq ad præmissa peragenda a Nobis sibi dari supplicat; Nos itaq meritorum eius rationem habentes, facultatem reluendi summam suprascriptos Successores concernentem, atq Prædium Neuhoff Jure Hypothecæ prædictum Generosum de Mirbach illiusq Successores possidendi, damus et concedimus præsentibus literis inniungendo fidelitatibus Vestris, quatenus donec per Dominum Ducalem ac pedictum Prædium ab Hypothecali berretur previa relutione præmissæ summæ, utiamdiorationum et reparationum in Jure Hypothecæ supradictum Generosum de Mirbach Illiusq Successores circa Prædium Neuhoff conservari et manuteneri curent, pro Gratia Nostra et Officiorum suorum debito. In Quorum fidem præsentem m.

Rescriptum Sacræ Regiæ Majestatis intuitu promovendi Commercii in Ducatibus Curlandiæ et Semigalliæ favore Nobilis Danielis kolb die eadem eiusdem Ibidemq expeditum.

Augustus Tertius m.

Significamus m præcipue vero Generosis Supremis Consiliariis Regentibus Ducatuum Curlandiæ et Semigalliæ fideliter Nobis Dilectis Gratiam Nostram Regiam. Generosi fideliter Nobis Dilecti. Cum quotidiana experientia comptum sit Regna et Dominia Universa vel maxime ex Cursu Commerciorum bene ordinato divitiarum capere incrementa, exindeq maius robur ad conservandum Statum habere, commercia vero non aliter augeri posse, nisi cura modusq introducendorum Personisq artis, et in ea re versatis committantur. Inclinati itaque expositionibus Consiliariorum Nostrorum respectu abusuum super commerciis in Civitate Libaviensi ortorum Nobis factis, Commerciaq ad Orbitam consuetam reducere, ac utilitati Publicæ consulere volentes, Nobilem Danielem Kolb Theloneorum Libaviensium Inspectorem Nobis optime comprobatum, in Inspectorem quoq Commerciorum quæ tam per Incolas, quam per extraneos tractantur, et educentur, Authoritate Nostra constituendum esse duximus, prout de facto constituimus, eidemq facultatem damus, ut quid quid judicaverit utile, pro sua prudentia ac peritia ordinet quodquid vero damnosum ordinisq prædictorum præjudicium attenderit, circumscribat et ad debitum cursum reducat Modificultatibus vero quatenus orundis primo ad Spectabilem Magistratum Libaviensem, demum ad Generosos Supremos Consiliarios Ducatuum Curlandiæ et Semigalliæ, Regentes, actandem ad Nos Idem Nobilis Daniel Kolb recursum faciat inniungimus, eundem vero Nobilem Danielem Kolb in libere functionis suæ præsentis Theloneorum Libaviensium Inspectoris exercitio, atq Commercii quod hucusq

tanquam Civis et Mercator Libaviensis gessit. conservamus; Quòd Omnibus, quorum interest, præsertim vero supradictis Generosis Consiliariis Supremis tum Spectabili Magistratui Libaviensi ad notitiam deducendo mandamus, ut præsentes literas ab omnibus observari curent. In Quorum fidem &.

Rescriptum Sacræ Regiæ Majestatis ad Nobiles et Spectabiles tum Famatos ex Burgrabiali Præ Consulari aut Consulari Magistratu sive Scabinatu vel Communitate Civitatis Thorunensis Augustanæ Confessionis Socios, quo inhibetur ne audeant cæptum Fanum sine Consensu Regio neq̃ sublata anteriori Inhibitione ulterius continuare ac perficere, neq̃ in prædicta Fabrica aliquo modo progredi faciant Datæ die 28ª Mensis Aprilis 1753ª anno Domini ex minori Cancellaria Regni expeditum.

Augustus Rex &.

Nobilibus et Spectabilibus tum Famatis sive ii ex Burgrabiali, Præ Consulari, aut Consulari Magistratu, sive ex Scabinatu, aut Communitate Civitatis Nostræ Thorunensis fuerint, Confessionis augustanæ Sociis fideliter Nobis Dilectis Gratiam Nostram Regiam. Nobiles, Spectabiles, ac Famati fideliter Nobis Dilecti. Intellexi-mus et certa relatione Consiliariorum Nostrorum Lateri Nostro assidentium; quod Vos cæptum olim novum pro Usu Vestro Fanum non accepto a Nobis Consensu, neq̃ sublata anteriore Inhibitione Nostro rursus in præsentiarum maiori vi urgentis continuatis et perficitis; Ideo Vobis supranominatis Burgrabio, Præ Consulibus Consulibus, Totiq̃ Magistratui, nec non Scabinis et Universæ Communitati Civitatis Nostræ Thorunensis serio et districte præcipimus, ne nominatum opus ulterius continuare et perficere, ac in prædicta Fabrica quomodo progredi audeatis, sive continuari et progredi faciatis, aut permittatis, imovero Totius Italim atq̃ hasce Nostras Inhibitorias Literas acceperitis, totaliter a præfacto Labore Vos abstinere, illudq̃ incontinenti dimittere, volumus, idq̃ sub animadversione gravissimæ indignationis Nostræ, nisi Contumaces permanere præsumpseritis; In super Vobis Fasis mandamus: quatenus Personam aliqm emedio Magistratus Vestri Consularis, ad Aulam Nostram mittatis expediatisq̃ ad exponendas humiliter Causas rationesq̃ præsentis ausus Vestri. Quas Inhibitionis Nostræ Literas ad omnium notitiam deduci volentes, præcipimus, signanter Nobili et Spectabili dictæ Civitatis Nostræ Thorunensis Magistratui, quatenus eas rite quam primum publicari, et executioni debitæ demandari faciat, ac procuret, pro Gratia Nostra et Officiorum Suorum debito. Dabantur, ut ut Supra.

Copia Literarum ab Illustrissimo Supremo Regni Cancellario ad Magnificos et Generosos Supremos Ducatuum Curlandiæ et Semigalliæ Consiliarios in Negotio cum Generoso Camerario de Butthlar. Varsaviæ die 20ª Maii 1753ª Scriptarum

Quem ad modum Magnificis et Generosis Dominationibus Vestris scripseram ultimis Januarii ita verendum non erat, quin Sacra Imperialis Majestas eo semper fuerit Animo, qualem patefecit ultimis Martii per Rescriptum ad Generosum de Butthlar, quo serio iste admonetur super gravamina mitia Magnificis et Generosis Dominationibus Vestris contra eundem exhibita, et per me Aulæ Imperiali Austricæ repræsentata. Jam mihi mandata hæc Sacræ Imperialis Majestatis gratiosissime notificata fuerunt, imimul certior factus sum Generosum Camerarium de Butthlar in Mandatis his ei præsse habere, ut Judæos ulterius non foveat, utq̃ Prædium Jasrosen si constiterit non esse inter sequestrata, immediate Supremo Regimini restituat; Quam obrem opus erit ut Magnifica et Generosa Dominos Vestræ ratione suas superdictum Prædium

præfato Generoso de Buttlar in continenter imminuent pro memoria, cuius deinde copiam ad me transmittant; Exemplo hoc in posterum Magnifica et Generosæ Dominæ Vestræ omnem deponent timorem offendendi suam Imperialem Majestatem in gerendis Regiminis Officiis. Tanta enim Principis numquam poterat esse, ut vellet contra Leges et Privilegia Curlandiæ aliquid fieri. Ipsius Justi, atq minus Civitatem devastari ob ulteriorus lucrum. Imputari id circo non debent aulæ Russicæ detrimenta, quæ Magnificæ et Generosæ Dominos Vestræ passi sunt in Regimine suo, imo silentio et timori earundem, vel quod aliam iniverint viam representandi quam quæ conveniens erat. Nil retardabit Magnificas et Generosas Dominationes Vestras, in præsens, ut illum ordinem, qui necessarius erit, in Civitatibus pro restauratione Commerciorum instituant, ad hoc ut Personæ Magistratus Civitatum Mitaviensis et Libaviensis, in maiori honore sint, atq a cæteris Civibus distinctæ, Privilegium a Sacra Regia Majestate impetravi, quo titulo Nobilis et Spectabilis eisdem clementer conceditur. Respectu exportati per Generosum de Treyden Rescripti, nobis Magnificas et Generosas Dominos Vestras dubitare de Regia clementia in conservatione Jurium et Privilegiorum earundem, et in suscipienda informatione hoc de supra facta, quam ad me transmiserunt. Illud refert, ut exhilarato Magnificarum ac Generosarum Dominationum Vestrarum Animo, constantem vocem lætitiam et felicitatem ex Datum ut supra.

Copia Literarum Illustrissimi et Reverendissimi Nuntii apostolici de die 26te Mensis Maii 1733. ad Illustrissimum Episcopum Leopoliensem Dresda directarum.

Cum Serenissimus Dominus Noster Monasteria illa ex Ordine D: Basilii M: quæ ut pote octo Monachis honeste alendis minime idonea per Decretalem suam, quæ incipit inter plures supprimi mandaverat, non suppressa sed aliis Monasteriis unita fuisse intellexisset, manifestam hanc Legis Constitutionem improbans atq reiiciens denuo districte præcepit, ut nulla interposita mora vel prætextu re ipsa supprimantur. Quam sanctitatis suæ voluntatem, cum Reverendissimo Proto Archimandrita significaverim, significandam pariter existimavi Illustrissimæ Reverendissimæ Dominationi Vestræ, ut si quæ eius modi Monasteria in Diœcesi sua sint, an re ipsa supprimantur, diligenter invigilet. Postqm vero a P.P. Basilianis relicta fuerint, pro sua Pastorali Zelo prospiciat, ne quæ inde Divini cultus imminutio, aut animarum curæ ubi fuerint detrimentum redundet, sed ubiq per idoneos Presbiteros Seculares supplendum curet. Si præter expectationem acciderit, ut aliquid ex iisdem Monasteriis ultra congruum temporis spatium in eodem Statu subsistere a Superioribus Regularibus permittatur, tunc Illustrissimæ ac Reverendissimæ Dominationis Vestræ partes erunt opportune me monere, quo Pontificiæ Voluntatis executionem convenientibus Juris remediis urgere possum. Hæc ab explorata Ipsius vigilantia facile mihi polliceor, cui fretus finem scribendi facio, et fortunata quæcunq exanimo ad precatus sincero cultu maneo &c. – Illustrissimæ ac Reverendissimæ Dominis Vestræ &.

P.S. Quo Sanctitas sua Consilii huius executionem validius urgeat, exemplo sibi præeundum, et a Confraternitate ista Stauropigiana, quæ Apostolicæ Sedi immediate subiecta est incipiendum, existimavit, quam ob rem præcipit dimitti subito P.P. illos Basilianos, qui eidem deserviunt, et eorum loco totidem subrogari Presbyteros Seculares, qui Collegii Pontificii alumni fuerint, nullumq aliud munus vel beneficium obtineant, quæ dum ad Confratres ipsos scribo Paratissimus Servus A. Archi Episcopus Nicænus.

Copia Literarum eiusdem Illustrissimi ad Confraternitatem Stauropigianam Leopoliensem die et anno iisdem Dresda scriptarum.

Nobiles et Honorati Domini.

Cum Serenissimus Dominus Noster Monasteria illa ex Ordine D. Basilii M: quæ ut pote octo Monachis honeste alendis minime idonea, per Decretalem suam, quæ incipit inter plures ff.

supprimi, iam eludem mandaverat, nonnu ppressa, sed aliis Monasteriis imita fuisse inte llexisset, manifestam hanc Legis ab se latæ conclusionem improbans atq; reiiciens, de nuo districte præcepit, ut nulla interposita mora vel prætextu dimissis tribus vel qua tu or illis P.P. Basilianis qui Ecclesiæ Vestræ Servitio addictos retinetis, totidem eorum loco Presbiteros Sæculares assumatis, qui Pontificiis istius Collegii alumni fuerint, illiusq; at terius Ecclesiæ Curam gerant. Negq vero timere vel minimum debitis, ne ullum inde Præ iudicium proveniat exemptioni illi Ordinarii Iurisdictione, qua Confraternitas Vestra gaudeat, siquidem ut alias nonni. Presbyteros Sæculares qui Vestræ in servient Ecclesiæ, nnicæ quo ad eorum Personas subiicientur Ordinario, cui tamen nulla inde authoritas acquiretur, vel in Ecclesiam vel in Confraternitatem Vestram, quarum utraq; aque ac hucusq; sub Basilianis exempta et apostolicæ Sedi immediate subiecta est. Porro illud pro certo ha beatis, velim quod si id minime indubitatum esset, negq ullo Pacto Confraternitatem Vestram in dulta olim exemptionis Prærogativa spoliaret. Plura in hanc rem si opus fuerit, vobis meo Nomine diceret R.P. Hyeronimus Moro, cuiform mitto, ut vobis meam hanc Epi stolam reddat, et Pontificiæ voluntatis executionem ma vobiscum curet. Interea vobis fau stet fortunata quæcunqua a Deo optimo Maximo exanimo ad precor. Dominatio num Vestrarum Officiosissimus ad omnia a. Archi Episcopus Nicænus Nuncius apostolicus.

Litera ab Illustrissimo Supremo Regni Cancellario ad Præ Nobilem et Spectabilem Magistratum Gedanensem, qua re cursum impediverint monetæ novæ Lipsiensis, et aureum Num mum auxerint ad valorem trium Thalerorum, et quo non explicant ra tiones. Varsavia die 31e Mensis Maii 1753e anno Domini Scripta.

Præ Nobiles &.

Iuxta Literas Præ Nobilium et Spectabilium Dominationum Vestrarum die 23e currentis scriptas et annexam Copiam supplicis Informationis Earundem Serenissimo datæ su per Literas Reverendissimi et Excellentissimi Præ Cancellarii, ubi inhebantur informa ræ quare cursum impediverint monetæ novæ Lipsiensis, satis video monetam hanc decre scere valore suo intrinseco adversus Monetam Marchicam iam diu in Prussia receptam, quindecem grossorum et Septem et dimidii grossorum. Præ Nobiles vero et Spectabiles Dominationes Vestræ non explicant, quare aureum Nummum auxerint ad valorem Tri um Thalerorum, quem valorem unice Aureus habere dicitur, contra novam monetam argenteam Marchicam Tynfonum et Sextariorum illud neq; explicant, quare hanc novam monetam Marchicam Tam Tynfonum et Sextariorum, quam quindecem et Septem di midii grossorum alia simili ulteri longe deteriorem apud se receperint. Super hac Pun cta Informationem plenariam mihi expeto a Præ Nobilibus Dominationibus Vestris, præ cipue edoceant erga quam Monetam Aureus Nummus Valorem lucretur. His constan ter permanco &.

Litera a Præ Nobili Magistratu Gedanensi ad Illustrissimum Supremum Regni Cancellarium quibus explicant ra tiones in Negotio Monetæ de aureorum Nummorum. Gedani die 8e Junii Mensis anno Domini 1753e expeditum.

Illustrissime &.

Quamvis ea, quæ nuper ad deprecandum Novæ Pecuniæ dispiensis communem in hac Civitate unum Sacræ Regiæ Maiestati Domino Nostro Clementissimo in Epistola Nostra Informatoria Omnium Ordinum Nomine submississime fuse exposita, Illustrissimæ Ex cellentiæ Vestræ abunde satisfeciss ex eiusdem Literis, die ultima mensis prætriti ad Nos gra tiosissime datis, non sine aliqua voluptate prospicere Nobis licuerit, ex iis tamen simul intel exi mus Illustrissimam Excellentiam Vestram in humillima ista informatione Nostra id ad huc desiderare

ut in ea explicitum a Nobis fuisset, quæ pretium nummorum aureorum ad Trium Thalerorum valorem augendi, et novam monetam Marchicam antiqua Polonica longe inferiorem in hanc Civitatem recipiendi Nobis fuerint Causæ, ideoq̃ Illustrissimam Excellentiam Vestram sinceram utriusq̃ rei explicationem una cum significatione istius generis Pecuniæ, ad quod intensius illud Nummorum, quos Ducatos vocant, aureorum sese referat pretium, a Nobis humanissime requivere. Ne igitur novam hanc testificandi Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ debiti Venerationis Nostræ cultus amitteremus occasionem Nostrarum esse ducimus partium ut memorati tripliceis argumenti, veras ac in ipsa rei conditione fundatas rationes Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ hisce observantissime indicaremus. Dicuti vero quod tam notabiliter auctum Ducatorum hic et alibi pretium attinet, Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ omni asseveratione affirmare possumus, nec nos reliquos huius Civitatis Ordines, sive dispositione quadam Nostra, sive expressa permissione aliove Nostro facto ad istius valoris augmentum quidquam contulisse, ita quoq̃ omnes, quibus et Cambii et Commerciorum rationes sunt perspectæ, testimonio nobis esse poterunt, utrasq̃ nullatenus permittere, ut Lege Publica determinatum illi nummi aurei apud Nos habeant pretium. Docet potius tam antiquiorum quam recentiorum temporum experientia, neq̃ per Statuum ac Ordinum Iurarum Prussiæ sancita impediri unquam potuisse quo minus Ducatorum valor abaugescens continuo argenti pretium, ideoq̃ sensim imminutum Nummorum Argenteorum valorem interdum passe mirabilem in modum accreverit. Ita enim rei numerariæ in Polonia Prussiaq̃ annales oculatam dabunt fidem, has præcipue ob causas nummos istos aureos, qui anno 1550 quinque ginta unum valuerunt grossum intra unius seculi spatium iam sex florenorum Prutheniconum, et tandem anno 1717o octodecem florenorum Polonicalium obtinuisse valorem. Quibus quidem Nummis Aureis cum ad solvendas ex Polonia huc devectas, vibiq̃ venditas varias merces Mercatores Nostri magna in copia quotannis indigeant, eosdemque non minori, quam nunc hic valent pretio in Hollandia alibive emere, vel permutare possint, uti Illustrissima Excellentia Vestra Literis Nostris die 30e Martii huius anni lucidentis demonstratum fuisse meminimus, multo minus inexpectatum videri poterit, nulla Nostrum vel omnium Ordinum præcia Dispositione valorem Ducatorum ex aliquo tempore quibusdam grossis apud Nos fuisse auctum, quamvis tamen Nobis minime constet, eundem jam tres integros æquales Thaleros, cum ad hoc usq̃ tempus octo floreni et viginti quatuor grossi Prutheniconales maximum hic Ducati novi Belgici effecerint pretium, cæterum negare neutiquam possumus ad huius valoris augmentum multum hodie facere reclusas in Vicina Nostra officinas monetales, quæ cum ad fabricandam prorsus immensam Pecuniæ Argenteæ Summam ingenti opus habuerint argenti Copia, non solum in magna Europæ Parte pretium argenti notabiliter auxerunt, verum etiam in undata quasi novis quindecem Grossum et septem ac dimidii grossi nummis hac civitati rationes Cambii a tribus annis maiorem in modum mutaverunt. Quod autem ad ipsam memoratæ monetæ Marchicæ in hanc Civitatem invectionem pertinet, Illustrissima Excellentia Vestra persuasissima esse potest, Nostra auctoritate notum illud peregrinæ genus apud Nos vulgatum minime fuisse, ipsam vero potius Necessitatem Mercatores Nostros invisse, ut cum bona moneta Polonica plane evanuisset, et quæ ei successerat, aliquantum deterior paulatim desciscet rationem, illam Marchicam ad hanc leviorem, sed unice fere superstitem, in Commercio suo acceperint, satis contendi de aut acceptandum huic longe adhuc inferiores novos octodecim sex et trium grossorum nummos, Regiomonti præcipue cusos, nullumq̃ ad hunc usque diem apud Nos unum habentes, simili non adigi necessitate. Quemadmodum vero ex nunc adductis facili negotio colligi poterit, quo levioris Notæ fuerit Pecunia Argentea, qua quis Ducatos permutare voluerit eo maiori, hosce Nummos Aureos ejusdem lucro, ita Illustrissima Excellentia Vestra quo ad tertium Literarum Suarum argumentum probe observantiæ significasse sufficiet in hac Civitate maximum Ducatorum hoc tempore esse pretium, quando ad Marchicam apud Nos vulgarem quindecim grossorum vel septem ac dimidii grossi denarium monetam. Quod religiosum est inæstimabili Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ ff

Benevolentiæ ac propensioni Nos et hanc Civitatem post Candida vota prosperima valetudinis, omniumqve Bonorum affluentia, observantissime commendamus. Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ ad officia paratissima Pro Consules et Consules Civitatis Jedanensis.

Tabella exhibens rationem valoris intrinseci, quam habent Nummi argentei, tum noviter Lipsiæ cusi, tum alii, qui nunc in communi hic Jedani sunt usu, tam inter se, quam ad monetam bonam Polonicam.

	Librum nummulariam Polonicam efficiunt	Continent argenti puri pondus		Constantes ex una libra nummularia pro summa.			Centum Florenorum valent respectu ausg. summæ in numis octodec: Grosch: Polonicis-		Jactura in iis quo ad summa Centum florenorum est.	
	Nummi	Semuncia	Denarios	Flor:	Gross:	Denar.	Floren:	Grosch	Florer.	Grosch.
Nummi octodecim Grosch. dispensi libra S. Signati -	- 34. 3/4 -	8.	3.	40.	22.	6.	73.	19.	26.	11.
Nummi trium grossorum Lipsiensis libra S. Signati - -	124.	4.	8.	44.	2.	12.	72	17 1/2	27.	12 1/2
Nummi quidam grossorum Marchici, quorum Sex efficiunt Thalerorum ab anno Domi: 1750 cusi.	. . 37.	7.	15.	37.	8.	13.	80.	15.	19.	15.
Nummi Septem et dimidii grossorum Marchici, quorum duodecim efficiunt Thalerum ab anno 1750 cusi.	56. 1/2	5.	15.	37.	14.	-	79.	11.	20.	19.

respectu eiusdem summæ in Nummistrium grossorum Polonicis-

Rescriptum Super ad dictionis Secretariorum Judicii Sacræ Regiæ Majestatis assessorialis ex cancellaria Regni die 4to Mensis Junii Anno Domini 1753 expeditum

Augustus Tertius S.

Generosis Antonio Brzozowski assumpto Decretorum Curiæ Regni Notario. Ignatio ff

Ludovico Nowicki Praefecto Metrices Regni, Jacobo Albrecht Secretariis Nostris fideli-
bus Nobis Dilectis Gratiam Nostram Regiam. Generosi fideliter Nobis Dilecti. Interces
serant bina Decreta in Ducüs Nostris Assessorialibus, et quidem primum inter No-
bilem Bartholomeum Freyber Civem Cracoviensem originaliter citatum ab una,
atq; Egregios Tribut Botutan, uti Plenipotentes Honorati Wispin Mercatoris Lipsien-
sis originaliter Actores ab altera, nec non Honoratum Joannem Freyber Scabinum anti
quae Varsaviae adcitatum Parte ex Tertia, aliosq; ad Causam in Trantes et intervenientes
sub actu Varsaviae Feria Secunda ante Festum Sancti Laurentii proxima die videlicet Sep-
tima Mensis Augusti Anno Domini Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo Secundo,
idq; ratione Summae Octingentorum Quinquaginta quinq; Thalerorum Rhenensium
pro Mercibus per Honoratum Wispin Nobili Bartholomeo Freyber Concreditis Debita-
tam, Alterum vero Decretum sub actu eius Varsaviae ante Festum Sancti Laurentii Mar-
tyris proxima die videlicet Octava Mensis Augusti 1752ᵉ anno inter Generosum Mel-
chiorem Szymanowski Senatorem Sᵗᵉ Varsaviensem Capitaneum Mlonoviensem Pro-
secutionum Actorea ab una, atq; Nobilem et Spectabilem Advocatum Scabinos totumq;
Judicium Advocatiale et Scabinale antiquae Varsaviae Gravaminosos Judices, tum Ho-
noratum Joannem Freyber Scabinum, nec non Nobilem Joannem Warski Syndicum, tum
Generosum Josephum de Tili Theloneorum Thesauri Regni Notarium, nec non Honoratos a-
conomos et Administratores Bonorum eiusdem Honorati Joannis Freyber Partes Judicio
adhaerentes prosecutum citt parte ab altera, alios quoq; intervenientes in Causa Concursus
Creditorum perdictum Honoratum Joannem Freyber institutum prolatum. Quibus binis
Decretis Causas supra specificatas cum Partibus et intervenientibus ad certos Secretarios Ju-
diciorum Nostrorum Assessorialium propinali Disiudicatione remisseramus; Sed quoni-
am eadem bina Decreta ob legalitatem eorundem Secretariorum nondum ad executionem
deducta, ideo propter accelerationem earundem Causarum id negotium Fidelitatibus Ve-
stris committendum esse duximus, prout quidem per praesentes committimus, mandan-
tes Fidelitatibus Vestris, quatenus iunctim cum Secretariis iisdem Decretis assignatis iux
ta Praescriptum praefatorum Decretorum Nostrorum inter dictas Partes et Intervenientes la
torum Causas finaliter decidant pro Gratia Nostra, Officiorumq; Suorum Debito. Inquorum
fidem praesentem &.

Litera ad Illustrissimum Supremum Regni Cancellarium a Magnificis Supremis Ducatuum Curlandiae et Se-
migalliae Consiliariis in tuitu Generosi Camerarii de Buthlar. Mi
tavia die 9ᵉ Mensis Junii Anno Domini 1753ᵉ scripta.

Illustrissime &.

Exhilarato omnino animo per diferas Illustrissimae Excellentiae Vestrae de mandatis
Sacrae Regiae Imperialis Maiestatis ad Generosum Camerarium de Buthlar notifi
am accepimus, nempe ut Judaeos ulterius no foveat, atq; Praedium Jarrosen si constiterit
non esse inter Segvestrata, immediate Nobis restituat. Gratias, quantas animus concipit, ma-
ximas Illustrissimae Excellentiae Vestrae referimus, quod Patriae Nostrae Salutem, Curae cordiq;
gratissime habere dignatur, illamq; et in futurum Protectioni suae humillime commen-
damus, docent Nos omnino haec quoq; Sacrae Imperialis mandata Sanctae Principis nun-
quam fuisse, ut vellet contra Leges et Privilegia Curlandiae quicquam fieri Ipsius iussu, atq;
minus Civitates devastari ob alterius lucrum, et confirmat hoc ipsum Spem Nostram iam
pridem conceptam fore aliquando, ut et Gratia Principis adeo magnanimae, Regiae Domi-
no Nostro Clementissimo Amicissimae primarii Voti Nostri compotes fiamus, id est, ut Duca-
tibus hisce suus restituatur Dux. Dirigat tandem Deus Ter optimus Maximus, omnia in op-
tatum vitum finem, vicq; aerumnas harum Provinciarum levet. De caetero Illustrissimae Excellen
evidente, que sublime porte emploïa toujours avec soin les moiens necessaires pour main-
tenir dans une parfaite integrité l'etroite amitié et la bonne harmonie qui regne depuis
longtems entre Elle et la Couronne de Pologne et tacha a remplir exactement les conditions
stipulées ainsi qu'a temoigner la Consideration qu'Elle a eu vers les Grands du Royaume et la
part quelle prend a procurer la tranquillité necessaire a leurs habitans en se satisfaisant aux
demandes et requisitions faites de tems a tems de leur part; de même en vertu de cette bonne
intelligence la sublime Porte étant disposée entierement de les autoriser d'autrefois dans
les circonstances et affaires relatives aux droits de l'amitié, afin de rendre par la d'autant plus
solides les liens de cette amitié. Nous tacherons aussi de Notre Côté, vous faire voir reellement
le cas que Nous faisons de remplir le devoir des droits de la bonne harmonie du voisinage que
Nous cultivons avec Vous nos amis et la sincere Consideration que Nous avons eu vers vous c'est
pour quoi la Correspondence des Lettres étant particulierement l'unique moien qui nourri et en-
tretien l'amitié mutuelle; Nous voulons vous communiquer par une lettre pleine de sincerité
les vrais sentimens de la sublime Porte; dont les vües ne sont que pour faire accroitre et rendre d'
autant plus solides l'etroite amitié ainsi que pour augmenter Votre sincere attachement Envers
Elle de sorte que suivant les ordres precises que Nous avons reçûs de la dite sublime Porte en
cet egard afin que Nous puissions Vous informer non seulement combien la Sublime Porte est

portée de maintenir les Conventions de Paix et faire augmenter de plus en plus cette Inviolable amitié mais aussi Vous faire part que Nous tacherons pareillement de Notre Côté a cultiver les droits de la bonne harmonie du voisinage, Nous vous envoions la presente, la quelle Nous expedions par Machmed Aga Notre Envoié qui est un de Nos agas après que vous l'aurez reçue, avec l'aide de Dieu soiez assurés que comme la sublime Porte selon qu'il est dit ci dessus, sacha jusqu'a present a faire valoir sa constance entiere qui concerne le maintien de la parfaite amitié mutuelle; elle ne manquera pas non plus d'en donner des Veritables preuves suivant que la Necessité des affaires le demandera par suite afin de faire voir aux Polonois Nos amis la Consideration qu'Elle a pour Eux, et la part qu'Elle prendra de procurer la Tranquilité necessaire aux habitans de la Republique; étant donc après que vous serez informés Nous esperons d'apprendre par le Retour de Notre Envoié, d'autant plus que Nous devons communiquer a la sublime Porte Votre sincere reponse; qu'en imitant les traces de Vos Antecesseurs, Vous tacherez aussi de Votre côté a me maintenir cette pure et parfaite amitié, et entretenir les droits du Voisinage sans la moindre alteration.

Respons na list Jo Wielmożnego Jgo Mości Pana kanclerza wielkiego koronnego z Warszawy dnia 13ᵉ Novembris 1754ᵗᵉ Dany.

Najjaśniejszy Monarcha Mości Panie.

List Waszey Hanskiey Mości odebrałem znak Jgo Mości Pana Machmet Agi Posła do Najjaśniejszego Króla Jgo Mości Pana Mego Miłościwego y Rzeczypospolitey Polskiey. Ten Honor ktory mi Wasza Hanska Mość uczynił przez swoy list łaskawy, przyjmuję za osobliwszą szczęścia moiemu, ktory z wszelkim przyiazney Respektem uprzeymie mogę; zeiako Jgo Krolewska Mość Pan Moy Miłościwy nie tylko nieczyey tylko życzy iako Dobra Przyiaźń zachowaiąc z Najjaśniejszą Porta Ottomańską y z Wasza Hanską Mością, wzaiemnie y My Ministrowie przy Boku Jgo Krolewskiey Mości Pana Mego Miłościwego zostaiący tymże iednym sentymentom, a naybardziey Za interessowany do tego iestem, ponieważ Oyciec moy Woiewoda Poznański Traktaty Karłowickie z Najjaśniejszą Porta ottomańską iako Poseł Wielki Polski zawarł szczęśliwie, ktore y Ja syn powinienem tak chwalebne prace Oyca mego Całym Staraniem utrzymywać; Naynizsze z tym Waszey Hanskiey Mości Podnoszenie za wszelka wyrażona w liście swoim życzliwość ku mnie, y łaskę z wszelka wdzięcznością nadgradzać powinienem tak piękne dobroci serca Jgo zadatki tym wyrażeniem zemiast zgłęboka wdzięczna.

Najjaśniejszey Waszey Hanskiey Mości.

List do Jaśnie Wielmożnego Jgo Mości Pana kanclerza wielkiego koronnego do Jaśnie Wielmożnego Jgo Mości Pana Machmud agi z Warszawy dnia 16ᵉ Decembris Anno Domini 1754ᵗᵉ pisany

Jaśnie Wielmożny Mości Panie Machmud Aga Wasz Mość Panie y Przyiacielu.

Wielka to była moia Konsolacya dowiedzieć się o dobrym zdrowiu Wasz Mość Pana, ktorego tyczy wiek nayposzczy lata czerstwego, y oraz że Najjaśniejszy Han Jgo Mość do pierwszey Rangi Ministra swego Wasz Mość Pana wyniosł, ktorego wielkie przymioty y rozumu wspaniałość zawarte w osobie Jgo, do tego go wysokiego wyprowadziły honoru; iako żyj miałem szczęście z młodszych lat moich służyć mu u Xcia mego Xięcia Lubomirskiego Woiewody Sandomirskiego, tak pamiętny na dotąd maiąc dawney z nim przyiaźni, przez powracaiącego teraz Jgo Mość Pana Posła mam Honor uniżoność moią z dobrym wyrażeniem, zemiast zwszelką estymacyą.

Litera Sacra Regia Maiestatis ad Serenissimum Turcarum Imperatorem die 16ᵉ Monsis Xbris 1754ᵗᵉ Varsaviæ.

Pacta omnia Amicitiæ fundamenta inter Nos Regnumq; Nostrum et Præfulgidam Portam Tractatu Carlovicensem Corroborata Constantem Nostrum erga Serenitatem Vestram

demonstrarunt affectum, attamen visum est nobis etiam per literas praesentes Serenitati Vestrae omnium Bonorum apprecari successum, atq; ut sic optimae Vicinitatis sensus sapius patennt Serenitati Vestrae insignivimus Characterе Residentis nostri ad Aulam Praefulgidae Portae Generosum Fridericum Hübsch Consiliarium aulae nostrae, qui et viva voce exponiturus est Serenitati Vestrae omnia pro commodo et felicitate ambarum Monarchiarum Negotia, utq; sincerum Nostrum animum semper explicet, in commissis Eidem dedimus. Cupimus nunc ut hancce affectus Nostri contestationem ore fideli Generosi Friderici Hübsch aulae nostrae Consiliarii et Residentis nostri ad Aulam Praefulgidae Portae Serenitas Vestra grate recipiat. Interim omnia prospera et longaevam incolumitatem Serenitati Vestrae vovemus Dabantur &.

Litera a Sacra Regia Maiestate ad Supremum Turcarum Vezyrium die et anno eidem scripta.

Licet si Praefulgida Porta de Nostro proposito ad colendam bonam Vicinitatem animo sit persuasa, et constans, quae viget ambas inter Monarchias amicitia id plene demonstrat, Tractatus pariter Carlovicensis inviolabiliter hucusq; manutentus explicat mentem Nostram. Nihilominus voluimus ad huc insignire characterе Residentis nostri ad Aulam Praefulgidae Portae Generosum Fridericum Hübs aulae Nostrae Consiliarium, ut munitus his ce Credentialibus omni data occasione exponat desideria nostra, Regnig Nostri alia non esse, nisi ut semel stabilita pax, semper sit duratura, et ut bona Vicinitas proutilitate utrarumq; Potentiarum nova acquirat constanter incrementa. Illustritas Vestra dedit iam documenta, quanti habeat amicitia Nostrae erga Praefulgidam Portam contestationem. Id circo non dubitamus, quin Generosum Fridericum Hübs aulae Nostrae Consiliarium Residentis nostri ad Aulam Praefulgidae Portae Characterе meritum benevolae non recipiat. Quod reliquum est Illustritati Vestrae omnia prospera precamur. Dabantur &.

Litera ad Sacram Regiam Maiestatem a Generoso Wilhelmo Alexandro de Heyking Ducatuum Curlandiae et Semigalliae Delegato in Negotio Reginimis Ducalis Varsaviae die 18ª Mensis Obris 1754ª anno Domini. Seu humillima Petita porrecta.

Serenissime &.

Sacra Regia Maiestas Vestra in fato admodum adverso, quod Ducatibus Curlandiae et Semigalliae ex infelici absentia Celsissimi ac Illustrissimi Ducis evenit, plus quam Paterni affectus et nunquam satis depraedicandae gratiae ac curae monimenta omnia ac singula edere dignata est. Magistri Consiliarii Supremi totiusq; ordo Equestris Ducatuum insigne ceperunt exinde solatium, sollicitudinemq; Sacra Regia Maiestatis Vestrae gratissimo veneratur animo, grateq; Sacrae Regiae Maiestati Vestrae perennem ac nunquam temerandam fidem vovenunt, ita in hac fideli veneratione et obedientia tanto alacriori perstare studio spondent, quo magis ad eas devotionis suae partes, Sacrae Regiae Maiestatis Vestrae Patris Patriae sollicitudine, tutamine, ac praesidio excitantur, supplicesq; rogant, ut Sacra Regia Maiestas Vestra vere eximiam illam sollicitudinem continuare, eamque accrescente nostra Calamitate in magno exquatuor decem Annorum sequestro bonorum Mensae Ducalis ac emigratione haud parvi momenti notabilium discedentium miseriarum cumulo, summam elementiam et Paternum affectum geminare dignetur, quo hisce valde afflictis Ducatibus, tandem ipsorum splendor redeat, ac Legibus, Libertatibus, omnibusq; cum Serenissimis Regibus et inyta Republica ab anno 1561 initis conditionibus pactis subiectionis, et mutuis conventionibus Restitutione Celsmi Principis Domini Ernesti Joannis in Livonia Curlandiae et Semigalliae Ducis sua constet firmitas, ac vigor, hicq; sartus tectusq; permaneat rebus hisce

Trakinatis, Status Ducatuum Curlandiæ et Semigallia die 27te Julii currenti anno mihi pro norma dederunt Instructionem specialissimam his verbis.
Cum internus horum Ducatuum Status per adversa fata Celsissimi et Illustrissimi Principis Ducis Ernesti Joannis adeo iam ex colla befactatus ut Provincia non minus quam Civitates labefactationis eiusmodi tristissima sane vestigia ostendere possent, imo interitum adeo suum et ruinam, si in statu quo diutius ad huc manerent providere et vereri deberent, huic vero malo provisi ordo Equestris in Conventu Publico proxime præterito iam agnovit non nisi per restitutionem Celsissimi ac Illustrissimi Ducis occurri potest. Delegatus itaq̃ Noster Sacræ Regiæ Majestati et Serenissimæ Reipublicæ omni graviori melioriq̃ modo coretenus non minus quam in scriptis remonstrabit, petitq̃ ut tenore Pactorum cum Serenissimis Regibus et Serenissima Republica Polonia initorum, Ducatus hosce circa Regimen Ducale in Persona Principis conservare, tueri, ac manutenere, et consequenter liberationem Celsissimi ac Illustrissimi Ducis Ernesti Joannis eiusq̃ Familiæ ad effectum perducere, clementia dignetur.
Dominus Delegatus ideo in tam magni momenti negotium Patriæ Nostræ summo in eum bet studio, omnemq̃ movebit lapidem quo a Sacra Regia Majestate in re adeo gravi, de qua aut salus aut interitus Patriæ Nostræ dependent, declarationem longe Clementissimam obtineat. Hoc itaq̃ integritati ac fidelitati meæ commissum Negotium me quam maxime obstringit, ut omni qua fieri potest profundissima ratione Sacræ Regiæ Majestati Vestræ Patrum et indulgentissimum animum supplex obtestor, ut restitutionem Regiminis Ducalis conservationem Jurium Indigenatus et Formulæ Regiminis restaurationem indulgentissima sua Protectione beare velit. Perennatura ac non fucata fide et obedientia erga Sacram Regiam Majestatem Vestram nunquam cessatura desiderium flagrantissimum ut Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ Sceptrum in omne ævum, venerimur, et cum Serenissima Republica mediante Regimine Duali uniti perstemus Justitiæ Votorum nostrorum favent, ac tanto magis ea promovent quod continuata Patriæ Nostræ presenti rerum facies, quod Momentum optimum ter Maximum benignissime averlati subverendum est, ne fatalis ille periodus incidat, qui nos insigne felicitate Vinculi Pactorum, quo in hunc usq̃ diem Serenissimæ Reipublicæ nunctiumus privet. Magnifici Consiliarii Supremi Regentes ac Ordo Equestris indefessa vigilantia, studio, ac fide Commodum Domus Ducalis, Patriæ, et eorum qui communi vinculo illis consociati sunt, Curæ Cordiq̃ habentes mihi omnia Patriæ, et Domus Ducalis Jura, ac Prærogativas, signanter vero omnes ad Patriæ salutem spectantes Dispositiones Jurium Indigenatus, summopere ac expresse commendarunt. Certus sum mentem Magnificorum Statuum in nil magis intentam esse, quam ut Sacræ Regiæ Majestati miserrima Patriæ Nostræ facies repræsentetur, quæ a quatuor decem Annis orbitatis fatum subiit. Haud exigua Pars illorum, qui communi Nobiscum Jure gaudent, modo extorris degit, sibi Suisq̃ Penates prospectura cum ex adverso exteri Aulæ et Belli Præfecti Præfecturas teneant Ducales, Diarium novissimi Conventus Publici, querelas Patriæ deditorum et additorum Virorum, quibus extraneis suas cedere Sedes extraq̃ proprios moerilares necessum fuit, continet, quoniam vero non fuit penes Magnificos ac Generosos Status Ducatuum solam ipsis afferre miserimus Sacræ Regiæ Majestati Vestræ innatæ misericordiæ illorum dolores exponere, rerumq̃ vicissitudines Deo et Sacræ Regiæ Majestatis Repræsentare voluerunt. Idem Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ Clementissimam Declarationem petitorum hic adjunctorum et mea Instructione expressorum expeto, et cum profundissima devotione ac fidelitate ad Genua usq̃ permanco.

Responsum ad easdem Literas seu Humillima Petita Generosorum Supremorum Ducatuum Curlandiæ et Semigallia Consiliariorum ac totius Generosæ nobi-

litatis, per Generosum Vilhelmum Alexandrum ab Heyking eiusdem Nobilitatis Delegatum iisdem Literis exhibita ad mandatum Sacra Regia Maiestatis Varsaviæ die 10e Decembris 1754e datum.

De fide et submissione Generosæ Nobilitatis Ducatuum Curlandiæ et Semigalliæ passarum est Sacra Regia Maiestatis Illiusq Gratulationes et vota Patrono suscepit affectu et benevolentia. Quo in Statu sit Provincia hæc Reipublicæ exoratione Generosi Delegati intellexit Sacra Regia Maiestas afflictam esse iam aplurimis annis, illiusq in diem calamitates augeri propter detenta subarrato Sequestro Bona Ducalia, unde Iuribus Indigenatus atq Regiminis locis non parva Nobilium pars emigrare coacta fuerit, atq Regiminis locis non parva Nobilium pars emigrare coacta fuerit, atq maiora Præiudicia Iuribus et libertatibus Generosæ Nobilitatis timenda sint, nisi iusta Pacta subiectionis et formulam Regiminis sub immediato Regimine Ducali conservetur, et præsentia, qua diu iam infelicis privatus, Illustrissimi Ducis et Clementia et altissima Sacræ Regiæ Maiestatis Domini Dirigti longe Gratiosissimi Protectione iterum fruatur. Qua propter Serenissimus Rex Dominus Noster Clementissimus, cui felicitas publica Regni atq adiacentium Provinciarum tum Conservatio Iurium et Privilegiorum Generosæ Nobilitatis summopere cordi est omnarum suarum expositione commotus omnem adhibebit operam pro restitutione Illustrissimi Ducis, erga cuius infelicem casum Generosæ Nobilitatis Supplicantis zelum et gratitudinem commendatam habet, atq ulterioribus pro Illius restitutione devotionis officiis assentit. Quo ad petita causas concernentia in Iudiciis Relationum agitatas Sacra Regia Maiestas Decreto suo provi dit, actiones vero fisci contra Duella institutas, et actionem contra Duella institutas, et actionem contra Generosos fratres de Plettenberg coram Iudiciis Relationum pendentes, Sacra Regia Maiestas precibus humillimis Generorum Suprem orum Consiliariorum, totiusq Generosi Equestris Ordinis Clementer indulgendo tollit pro hac vice, et Authoritate sua Regia abolet, quin per hanc gratiam, Legum rigori contra ducellantes nec in minimum derogetur. Quo ad Leges sumptuarias dignatus Sacra Regia Maiestas Generosum Ordinem Equestrem circa Iura Ipsi inservientia in hoc etiam puncto Clementissime conservare, adeoq Generosis Consiliariis Supremis demandat, ut Leges Sumptuarias Civibus condendas Generoso Ordini Equestri in Conventu Ordinario communicent, ut videre possint ne quid Iuribus nobilitaribus præiudicii fiat: Responso interea Anno iam 1748e Generoso Equestri Ordini dato hac de causa, tum Rescripto pro Parte Nobilium Advocatorum et literatorum Curlandiæ die 10e Decembris 1746e extradito in salvo demptis mentionibus.

Oratio ab Eodem Generoso Ducatuum Curlandiæ et Semigalliæ Delegato ad Sacram Regiam Maiestatem die 18e Mensis ejusdem Anno Domini 1754e habita

Sacratissimo es.

Nil certe gratius, nil acceptius mihi accidere potuisset, quam quod Natibus Ducatuum Curlandiæ et Semigalliæ iterum iam placuit, egregium illud in me conferre munus, quo iam demum dignus habitus sum coram Eminentissimo Sacræ Regiæ Maiestatis Vestræ Throno ardentissima adhonore Vota, quæ Natus Ducatuum omni enim fidelitate pro inæstimabili Salute et felicitate Sacræ Regiæ Maiestatis Vestræ ad Divinum Numen allegare nunquam desinunt, ad Divinum dico Numen, quod Sceptrum eminentissimi huius Imperii in salutem totius Reipublicæ, in securitatem tantarum Provinciarum, et in voluptatem non numerat orum Subditorum dignissimis, Sanctissimis Sacræ Regiæ Maiestatis Vestræ manibus confidere non dubitavit. Tu felix, tu fanstus sit ille dies lætissimus, quo placuit Divinæ Providentiæ Sacram Regiam Maiestatem Vestram in Principem Principum, in Regem potentissimi Regni, et in Patrem Patriæ amantissimæ huius Gentis consecrare et destinare. Tu felix, tu fanstus sit ille dies incundissimus, quo Jura Privilegia, Leges et Libertates Ducatuum Curlandiæ //

et Semigallia cum Juribus, libertatibus et Prerogativis Serenissima Sarmatiæ Reipublicæ certis sub Patronum Conditionibus mediante Regimine Ducali coniuncta, quo Patria Nostra Jura ita cum libertatibus et Juribus Reipublicæ colligata sunt, ut iam Ipsi Indigena huius Regni filii eiusdem almæ Matris subditi, eiusdem Patris Patriæ benignissimi reddi ti sumus. Hic honor, hæc felicitas nunquam satis æstimanda, hic nexus Regnorum Populorumq̃ indissolubilis iam unicum illud obiectum unica illa meta est, quo vota Nostra tendunt, et quoniam conservatio Jurium Nostrorum et Legum Cardinalium a Personali Regimine Ducali simpliciter dependet, supplices preces Nostras ad Sacram Regiam Majestatem convertimus utea non dignetur omnibus mis quam devotissimis representationibus faventes bene votas quo præbere aures, quibus iam ex specialissimo Mandato de vero ac primario felicitatis Nostræ centro nempe de restitutione Regiminis Ducalis in Persona Celsissimi et Illustrissimi Principis Ernesti Joannis in Livonia Curlandiæ et Semigalliæ Ducis verba facturus sum, quo hi Ducatus post tot tantorumq̃ turbulentissimorum fluctuum et temporis injuriosas importunitates tranquillitatis tandem incurrere, et illum Celsissimum Principem post quatuor decem annorum adversitates, tam diu expectata libertati, dignitati et authoritati restitutum contemplari possimus. Principem hunc Celsissimum non tantum, sed et Consiliarios Supremos, Regentes totumq̃ Ordinem Equestrem Ducatuum Curlandiæ et Semigalliæ summa Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ Gratiæ et Clementiæ devotissima mentis pietate commendatos cupio, me autem Ipsum præstantissimo illo honore condecoratum video, quo mihi datum est ea subiectissima reverentia et devotione ad pedes Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ properare, mihiq̃ Ipsi protectionem Specialem Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ ardentissimis precibus efflagitare.

Responsum ad eandem Orationem a Sacra Regia Majestate ore Illustrissimi Supremi Regni Cancellarii Eidem Jezierosо Delegato ab Heyching die et anno iisdem datum.

Celestis mens optimi Principis cum subditorum Suorum provocat amorem, Ducatus Curlandiæ et Semigalliæ ergа in Principem devotione et reverentia circeti, per Oratorem eum Regio Throno adsti, melius sibi consulere non possunt, quam dum Regi Domino suo devotissima exponunt, in illisque exposcant solatia. Hic enim Rex, qui et Consolator omnium dat æruminis finem, et vota Populi prosperis vult omnes salvos, multq̃ felices, quia magnanima eius Virtus non aliter suadet. Infelix Suis Patri Canus non immemorem gratitudinis movet in vobis affectum, quo animati ad Regem Dominumq̃ Vestrum recurritis. Promptus cum in finem Serenissimi Regis Domini nostri clementissimi animus in melius erigere rem Vestram conabitur, et felicitas Publica non exul in Regno, ut et in Ducatibus Curlandiæ et Semigalliæ constantem figere valeat sedem, præcipuam adhibebit curam. Enarret itaq̃ Fratribus suis redux in Patriam Generosus Delegatus Protectionem Regiam semper adesse, et adfuturam Ducatibus Curlandiæ et Semigalliæ. Datum &.

List Jasnie Wielmoznego Jego Mości Pana Kanclerza Wielkiego koronnego do Inflant z Doniesieniem o Reassumpcyi w Februario Sądow, z Warszawy dnia 4go Miesiąca Novembris 1754go pisany.

Obowiązku Mianuis mi starania się oiak naypunktowiey Sprawiedliwości Satisfakcyi mam Honor convenire Wasz Mość Pana prasentibus, a przez godną Jego osobę Wyiaśnić Rzetelnego Zastrzeżenia Inflantskiego Obywatelow Sprawy względem Jego Krolewskiey Mości Assessorskie maiących, że dla pilnieyszych Interessow, o ktorych mi cuibie incumbit staranie niebędę mogł reassumować Sądow przerzuconych w początkach Czasu Prawem naznaczonego, az mediis Februarii, a na tenczas reassumowane, kontynuowałbym per mortuum tychmiast Kategoryczney od Wasz Mość Pana y Godnych

Jego kompatryotow oczekac będę Rezolucyi, że ieżeliby czas przeszkodzić wyraźnie zdawał się Wasz moiō Panom tak do zieżdżania do Warszawy, iako y powrotu dla tych dróg y przeprawy trudny, zachowałbym się trzymiesięczną każdemu za dostateczny; Jeżeliby zaś niespodziewanie czasu y zła droga miała mianowicie obecne Jch Mościom sprawiedliwości Swoiey Pragnącym Wasz moiō Panom, mieć y za dla zadosyć uczynienia żądaniu każdego z godnych obywatelow, y mocy partykularney Propensyi, jakom wyraził, takowym nieodwłocznie medijs Februarii trwaiącym zechcą. Dla tym skuteczniey tego dowodu że nietylko swoiey sprawiedliwości omni possibili modo dogadzać pragnę, ale oraz profiteri zemcę singulari voto.

Rescriptum ad Spectabilem Magistratum Civitatis Golubensis pro eligendo Pro Consule in litem cum ordinibus et communitate eiusdem Civitatis non intrante Varsaviae die 17ma Mensis Novembris anno Domini 1754to expeditum.

Augustus Jtalius &.

Spectabilibus Pro Consuli Consulibus totiq̄ Magistratui Civitatis nostrae Golubensis fidelibus nobis Dilectis Gratiam Nostram Regiam, Spectabiles fidelitas nobis Dilect. Relatum nobis est per Certos Consiliarios nostros, quo modo fidelitates Vestrae post extraditas sibi Citationes ad Judicia Nostra per Collegium Scabinale, Jurium Ordinem, totamq̄ Communitatem Civitatis nostrae Golubensis ratione actoralis convulsionis Privilegiorum et Decretorum Nostrorum praesertim in puncto Electionis quamvis cum iisdem actoribus contra se agentibus in lite actuali existant, qua tamen nihil innovari liceat, nihilominus Fidelitates Vestrae anticipando Tempinum Electionis annuae, iam domuando modernum Pro consule in hanc litem non intrante, ex altero in locum Jpsius e medio sui; quem profata Causa Ordinum et Communitatis maxime afficit, et contra eum dirigitur; in Pro Consulem eligendo vota se convenire debeant, qua tali mutatione vindicationem publicarum literarum difficilem reddere velint; Supplicatum q̄ nobis est nomine et pro Parte eorundem Ordinum et Communitatis Civitatis Nostrae Golubensis, ut Jpsis hac in re pro Authoritate Nostra Regia subvenire, Bonoq̄ Publico et Regimini Civitatis eiusdem providere dignaremur; Cui Supplicationi uti aequae benigne annuentes Fidelitates Vestras uti Electores, ne Jure Electionis sua abutantur praemonendas et adhortandas esse duximus, uti quidem admonemus et adhortamus praesentis literis Nostris, ut circa proxime imminentem Electionem eos duntaxat e medio sui Candidatos in Pro Consulem eligendum Jurisdictioni Capitaneatus praesentent, contra quos Ordines et Communitas nullam exhibere querelam palam profitebitur. Facturus sunt Promissa fidelitatis Vestrae pro Gratia Nostra et officiorum Suorum debito et sub poenis contra Consulsores literarum Nostrarum in legibus Regni Sanctis. In cuius &.

Rescriptum ad Nobilem et Spectabilem Magistratum Honoratum Judicium advocatiale et Scabinale Civitatis Sandomiriensis, pro diffidicatione causa Nobilis Pozonkowski Varsaviae die 27ma Aprilis 1754to emanatum.

Augustus Jtalius &.

Nobilibus et Spectabilibus Pro Consuli Consulibus advocato totiq̄ Magistratui et Honoratis Scabinis Civitatis Nostrae Sandomiriensis fidelibus Nobis Dilectis Gratiam Nostram Regiam. Nobiles et Spectabiles ac Honorati Scabini fideles Nobis Dilecti. Intelleximus ex Relatione Consiliariorum Nostrorum Nobis exposita, quo modo nobilis Joannes Chrisostomus Pozonkowski Notarius Civitatis Sandomiriensis abutens officio Notariatus sui, toties respectu domicilorum ad Judicium

Fidelitatum Vestrarum ex Instantia Instigatoris Civilis seu œconomorum cistatus, caistens Judicio Vestro se subjicere recusat, Citationesq; Mandatarium, ad Judicia Nostra assessorialia subtes fugiendo Judicium et Judicatum Fidelitatum Vestrarum exportare solet, ex his vero citationibus, Mandatis Causas in Judicio Nostro non promovet. Nos itaque bono ordini Civitatis prospicientes, Jurisdictionemq; Fidelitatum Vestrarum in suo vigore conservantes, Iidem insungimus, quatenus tam Officium Commune quam Judicium Scabinale compositum sæpe fatum Nobilem Bronkowski ex Instantia Instigatoris Civilis seu œconomorum citandum, super demeritis et abusibus indicent, comportationemq; Actorum Civilium per eundem nobilem Bronkowski sub juramento faciendam demandent, eaq; ab ipso recipiant, Inquisitiones contra eundem super excessibus reduci faciant, quid quid ex iisdem inquisitionibus devii comperium fuerit, Ipsum pro qualitate delicti puniant, abusus quoque Notariatus in quantum apparuerit, ac excessus in Officio patrati, ipsum a Notariatu amoveant, aliud subjectum huic Muneri Notiatus aptum in locum Ipsius eligant. Et si idem nobilis Bronkowski contumaciter se gesserit, Judicato fidelitatum Vestrarum parere noluerit, diffugiis et exceptionibus allaboraverit, fidelitates Vestræ non attentis exceptionibus, citationibus ad reponendum præsens Rescriptum nostrum editis vel edendis, tum Literis Salvi Conductus, vel Prosecutionibus, quæ pro matteriabilibus declaramus, cum adminiculo Brachii Capitaneatis si opus fuerit, segvestrari faciant, præsensq; Rescriptum nostrum in Omnibus ad executionem deducant. Facturæ sunt præmissa Fidelitates Vestræ pro Gratia Nostra et Officiorum suorum Debito. Datum d.

Rescriptum

ad Oppidum Homiane Brzesko, quatenus Incola eiusdem oppidi Conventui Hebdoviensi Religiosorum Canonicorum Præmonstratensium obedientiam præstent, et labores. Census Dationes exolvant. die 29ª Decembris anno 1754ª expeditum.

Augustus Tertius d.

Famatis Pro Consulibus Consulibus totiq; Communitati Oppidi Homiane Brzesko notum facimus: Expositum Nobis est homine et pro parte Religiosorum Canonicorum Præmonstratensium Conventus Hebdoviensis, qualiter Vos dationes, labores, ac Consuetam obedientiam juxta antiqua Inventaria per vos et Antecessores Vestros dicto Conventui seu venerus Abbati Australi Hebdoviensi præstari solitos, protervo ad præsens recusatis, ac seditiones et Conspirationes contra prædictorum Religiosorum Canonicorum Præmonstratens Dispositiones ac Jurisdictionem excitatis, variisq; in subsellis subterfugiendo solutionem, vel suppertationem dictorum onerum pendi quotannis Conventui Hebdoviensi debitorum ditis instituitis, ac non modicas expensas inutiliter causatis, exdivisionisq; per Sacræ Sedis et Nostros Commissarios expeditæ, vi cujus Proventus Census onera et labores ad mentem locationis et Ultimarii Inventarii prout ante exdivisionem Abbati Claustrali ultimario Reverendissimo olim Michaeli Wilkowski pendebantur, Conventui etiam Hebdoviensi imposterum præstari debent, contravenitis, taliterq; Debitis obsequiis et proventibus præfati Religiosi Canonici Regulares per renitentiam ac inobedientiam Vestram frustantur. Proinde vobis serio per præsentes literas Nostras mandamus ac districte præcipimus, quatenus Vos ad tenorem et obloquentiam Privilegiorum, Jurium ac Decretorum, nec non ultimarii Inventarii debita onera sufferatis, census, dationes, et alia onera per Vos retenta prædicto Conventui Hebdoviensi persolvatis, Dispositionibusq; ac Jurisdictioni totiens dicti Conventus obediatis, et juxta ultimum statum Abbatis Claustralis omnia peragatis. Facturi estis præmissa sub pœnis Corporalibus et crumenalibus. In quorum fidem præsentes manu Nostra subscriptas, sigillo Regni d.

Rescriptum ad Generosum Judicem magna Procurationis Cracoviensis ut calculum de perceptis et expensis

a Magistratu recipiat, et post causatas prosecutiones, prosequentes ad refusionem litis expensarum stringat, atq; de denegata Justitia investiget, et denegantes puniat Varsaviæ die 30ª Novembris anno 1754º expeditum.

Augustus Tertius &.

Generoso Casimiro Kuenicki Vice Procuratori et Judici Magnæ Procurationis Galoviensis fidelitr nobis Dilecto. Gratiam Nostram Regiam. Generose fidelitr nobis dilecte. Percepimus ex relatione Consiliariorum Nostrorum, quomodo in oppidis ad Jurisdictionem Magnæ Procurationis spectantibus, singulariter in Oppidis Kazimierz et Klepacz Consules et exactores in exactionibus Communitatem onerando, earundem exactionibus et reditibus communibus calculum coram Fidelitate Tua Jurisdictionem interimediam gerente reddere recusant; Justitiamq; sitientibus cum aliquo Consule Causam habentibus, iidem Magistratus non administrant, citatiq; respectu præmissorum ad Judicium Procurationis existentes, ab accessoriis appellationes interponunt, Causaq; per extraditas Prosecutoriales protrahunt, Patientesq; enervant; Qua propter succurrendo miserab Statui communitatum præfatorum Oppidorum, studendoq; Justitiæ, ac inhærendo Dispositioni Legis Publicæ de calculo coram Capitaneis per Magistratus reddendo, tum Declarationi Commissionis Nostræ injungimus: quatenus Fidelitas Tua anno quolibet circa Electionis Seniorum tempus, tam Magistratus præfatorum Oppidorum, quam Exactores et Dispensatores seu Lunares ad reddendum Calculum de perceptis Contributionibus Collectis et expensis adigat, Registraq; Perceptarum et Expensarum, trutinet, et si in eis aliquid falsum inveniatur, injuriantes puniat, et ad resarcianda damna compellat, de administratione Justitiæ sitientibus denegata investiget, et si deducta et probata fuerit, denegantes puniat, administrationemq; Justitiæ ad orbitam reducat, ne vero debiliores ex protractionibus causarum per potentiores, enventur, postquam in Judiciis Nostris Assessorialibus Prosecutiones causabuntur, Prosequentes in refusionem litis arum expensarum condemnet. Factura est præmissa Fidelitas Tua non obstantibus nec attentis quibuscunq; Citationibus mandatis ad reponendum præsens Rescriptum Nostrum edendis pro Gratia Nostra et officii sui debito. Datum Varsaviæ Die ut supra.

Rescriptum ad Generosos Supremos Ducatuum Curlandia et Semigallia Consiliarios, quo Jus ensis ferendi cum Prærogativis competentibus Nobilis Magistratus Mitaviensis Personis Conceditur Varsaviæ die 30ª Mensis Novembris anno Domini 1754º expeditum.

Augustus Tertius &.

Generosis Supremis Consiliariis Ducatuum Curlandiæ et Semigallia fidelitr nobis dilectis, Generosi fidelitr nobis Dilecti. Regiam Nostram sollicitudinem concernere existimavimus, ut de Nobis Regnoq; Nostro bene meritos Gratia ac munificentia Nostra fulciamus, ac iis, qui tam Nobis quam Bono communi Magistratus, aliaq; in Civitatibus Nostris gerendo Munia publica, fidelissima et indefessa, in Patriam præstiterunt obsequia, in Patrocinium et protectionem Nostram assumptis, Clementia Nostra æque in honore ac in exigentibus eorum facultatibus ac Juribus subveniamus. Hinc est, quod cum Nobis per Consiliarios Lateri Nostro assidentes, nomine et pro parte Nobilis ac Spectabilis Magistratus exhibitum supplicatumq; sit, ut eundem circa honoris signa et prærogativas respectu Juris et facultatis Ensis ferendi, eidem iam alias competentes, quam vis hactenus juxta morum actemporum vicissitudines, non sæpius usu observatas, Nostro singulari Rescripto munire dignaremur. Nos attente et mature ponderando quantum Bono publico ac communis referat Personas Magistratus præ reliquis Jurisdictioni Eorum subjectis Civibus circa Honoris distinctionem conservari, et antefferi, ut q; quibus cum eodem Titulo semper Nobiles reputantur eatenus. Sicq; ab sq; derogatione præcedentiæ Nobilibus Advocatis Aulicis per Leges Publicas competentis coæquari, ac quod aliis Magistratibus Civitatum Germanicarum et singulariter Prutenicarum Jus Ensis ff.

ferendi indubitanter competit, ad quæ Jura Jure tamen Ducali aliisq salvis, in hoc passu respicere non incongruum judicamus, huic Supplicationi Nomine et pro Parte Nobilis ac Spectabilis Magistratus Mitaviensis nobis exposita Clementissime annuentes, præfatum Magistratum Jure et facultate gerendi honoris causa ensis, constituimus, prout eundem præsenti huic Nostro Speciali de certa scientia Nostra emanato Rescripto Jure præfato donamus et ornamus, serio volentes ac mandantes Personas Magistratus circa hunc Honorem et distinctionem in Publicis præsertim functionibus et festivitatibus conservari, supra cæteros Civis eorum Jurisdictioni subjectos, et talitor, ut supra expressum iis, quibus cum pari titulo Nobilis uhontur coæquari. Quod Rescriptum Nostrum cum ad notitiam Generosarum Fidelitatum Vestrarum, deductum erit, hac Nostra restquvatione ac Clementissima concessione considerata dubium iis ulterius videri, non poterit propter rei novitatem, et non usum, hanc illis facultatem relinquere, prouti, ut præfatum Nobilem ac Spectabilem Magistratum, circa præsens iis concessum Jus et facultatem, integre conserventi et manuteneant, conservariq et manuteneri curent, Clementissime iisdem mandamus pro Fratia Nostra. In cuius Rei fidem præsens Rescriptum Manu Nostra subscripsimus, Sigillisq Regni et M. D. litt corroborari iussimus. Datum ut supra a.

Confirmatio Dispositionis Districtus Piltinensis in Conventu particulari laudata die 30a Mensis Novembris Anno Domini 1754o emanata.

Augustus Tertius a.

Significamus præsentibus literis Nostris quorum interest Universis et Singulis. Cum ex Parte Generosæ Nobilitatis Districtus Nostri Pilkinensis humillime Nobis supplicatum sit, quatenus Dispositiones non nullas de quibus ratione modi procedendi in Causis Restitutionum in Conventu suo Provinciali de Anno 1753o convenerunt, confirmare Clementissime Dignaremur. Proinde Nos cum Consiliariis Lateri Nostro assidentibus eo attento, quod Dispositionibus præmemoratis coram Nobis originaliter exhibitis, examinatis, et in forma probante ad acta Cancellariæ Nostræ relatis, Justitiam sitientibus, quo brevior via eius administrationem habere possent, subveniatur, Dispositiones supra allegatas approbandas et ratificandas esse duximus, prout Authoritate Nostra Regia easdem approbamus et confirmamus, et ut vim Legis perpetuæ habeant mandamus. In cuorum fidem, præsentes manu Nostra subscriptas, Sigillis Regni et Magni Ducatus Lithuaniæ communiri iussimus Datum ut supra.

Rescriptum ad Nobilem et Spectabilem Magistratum Jedanensem, quo monetur, quatenus a novis impositionibus desistant, illasq extunc tollant, et minori Cancellaria Regni die 2a Mensis Decembris Anno Domini 1754o expeditum.

Augustus Tertius a.

Nobilibus et Spectabilibus Pro Consuli Consulibus, scabinis, atq Famatis Centum. Civis Civitatis Nostræ Jedanensis fidelibus nobis Dilectis Gratiam Nostram Regiam. Nobiles et Spectabiles fidelitas nobis Dilecti. Expositum Nobis est per Certos Consiliarios Nostros Lateri Nostro assidentes, qualiter fidelitates Vestræ Contravenientes Decretis Judiciarum Nostrorum Assessorialium videlicet anni Anno millesimo Septingentesimo decimo sexto post varias Partium Controversias lato, et per Generalia Comitia Regni Anni millesimi, Septingentesimi, decimi Septimi approbato, alteri in Anno Millesimo Septingentesimo Vigesimo quinto, demum tertio Anno Millesimo Septingentesimo Trigesimo primo, obtentis, tum et Declarationi Tribunalis Thesauri Regni Generalis Radomiensis Anni millesimi, Septingentesimi Duodecimi, atq //

non obervatis Inhibitionibus tam Serenissimi Antecessoris Parentis Nostri desideratissimi, quam et Nostræ de Anno millesimo Septingentesimo Trigesimo quinto, antiqua gravamina Inquilinis fundorum Spiritualium posito itorum obstaculo vulgo Schlagbaum, viam Publicam in Scotlandiam advenientibus cum mercibus et victualibus cum inter cluserint, nuper in quadam Ordinum Civitatis sessione die vigesima Mensis Octobris Anno currentis habita a mercibus variæ speciei et materiei in Civitate emptis et in pagis Scotland, Hoppenbrug, Stolcemberg, Bischupia Gora S.te Woyciecka, Schellemuhl, Heilbrun, Langfort, Schidlitz nowy Schotland, evectis, seu exportatis, datione quasdam seu exportatis, dationes quasdam seu accisas cum gravi incolarum, fundorum præfatorum Spiritualium præiudicio, et directorum Dominorum damno imponerint; quod cum Legibus Regni nostri et libertatibus, communibus adversetur, Decretisq nominatis ac Rescriptis Nostris signanter Ultimario contraviatur. Proinde Nos ad supplicationem eorundem Consilianorum Nostrorum indemnitati Possessorum dictorum fundorum consulendo, ac providendo, Decretisq Serenissimi Parentis Nostri inhærendo Fidelitates Vestras præsenti Scripto Nostro de expressa Nostra voluntate monendas esse censimus, prout præsentibus monemus et mandamus, quatenus ab eisdem novis Impositionibus statim et ex nunc desistant, illisq tolli et abrogari curent, quarum exactionem Fidelitatibus Vestris sub gravioris animadversione Nostra, tum et sub rigore in prænominatis Decretis vallato inhibemus et interdicimus, Obstaculum seu Schlagbaum amoveri præcipimus. Facturæ sunt præmissa Fidelitates Vestræ pro Gratia Nostra et Officiorum suorum debito, aliquin si huic Nostro Mandato, et monitioni parere et satisfacere recusaveritis, Nos ad executionem rigorosam procedemus. In Cuius rei fidem præsentes manu Nostra subscriptas, Sigillo Regni Communiri iussimus. Dabantur ut supra.

Rescriptum ad nobilem Ferber Burgrabium et Consulem Gedanensem, quo requiritur quatenus Nomine Regio Magistratum præmoneat, ut Prædicantibus suis imponat ac Ipsem et, ne in Contionibus suis et Scriptis Blasphemias et iniurias contra Religionem Catholicam proferre audeant. Varsaviæ die eadem eiusdem emanatum

Augustus Tertius.

Nobili Ferber Burgrabio Nostro et Consuli Gedanensi fideliter nobis Dilecto Gratiam Nostram Regiam Nobilis fideliter nobis Dilecte. Ex probatis coram Nobis Testimoniis intellexim us quendam in Civitate Nostra Gedanensi Prædicantem Nomine Lincatum Barting, adeam devenisse audaciam ut non vereretur contra Religionem Nostram Catholicam in Regno hoc dominantem effrenata licentia publice expulpito debacchari, blasphemiasq proferre præcipue in Dominica Octava post Trinitatis, prout in Summario Ipsius impresso Gedani Anno nunc Currenti folio 392. annotatur. Proinde cum talia scandala, invitationes et iniurias Religioni Orthodoxæ illatas pati minime debeamus, Fidelitatem Vestram requirimus, quatenus Nobili ac Spectabili Magistratui Gedanensi, cuius interest excessus eius modi non modo arcere, sed et castigare, mentem Nostram probe deferas, pœnas debitas de hoc excessivo Prædicante Barting omnino exigas, et ne amplius Pulpitum ascendere audeat, Officio Prædicationis privetur, ac Urbe pellatur. Ipsumq Nobilem Magistratum Gedanensem Nomine Nostro præmoneas, quatenus in posterum Prædicantibus suis imponat, ne in Contionibus Scriptisq suis præter Doctrinam Christianam, aut moralem blasphemias unquam, aut iniurias contra Religionem Nostram Catholicam, eiusq Caput in Terris visibile Summum Pontificem Romanum proferre audeant, tum ne in Typographia prætacti Nobilis Magistratus Scandalosa eius modi scripta imprimantur, sub gravi animadversione Nostra. Facturæ id fidelitas Vestra pro Gratia Nostra et Officii sui debito. Dabantur Die et Anno quibus Supra Augustus Tertius q.

Privilegium quo Pueri et Puellæ in Domo Pauperum Gedanensi vulgo Spendhaus educati pro natis ex legitimo Thoro declarantur, atq; dicta domus Jura et Libertates confirmantur Varsaviæ ex maiori Cancellaria Regni die 7te Mensis Decembris anno Domini 1754to expeditum.

Augustus Tertius &.

Significamus &. Quia libenter quævis egregia ac salutaria Instituta, Provida Patersnaq; Nostra cura fovemus et complectimur, gratum nobis omnino fuisse de Statu Publicarum ædium in Veteri Civitate Gedanensi ad ripam fluminis Raduniæ Anno Domini 1699. extructarum quæ dicuntur Spendhaus plenius informari, intelleximus vera, eaque maximi momenti emolumenta, quæ exinde in Salutem Publicam proficiscuntur; Domus ista quæ peranteq; ultraq; ducentos Annos celebrato Instituto elemosynas dispensandi p. Dem spendo ambiesi originem debet non solum protervam impudentemq; mendicitatem refrenat, pigrosq; et dissolutos homines ab pernitiosissimo otio ad labores adigendo Civitatem ab importunitate eorum liberat, sed etiam vere egenos et de quorum summa inopia facta prævia Inquisitione constitit, collata quovis mense stipe sublevat. - Imprimis vero Laude dignum Institutum hoc duximus, quod præterea ad afflicta et orbata Juventutis rationem habet: recipit, alit, vestit, ed ad vitam Christiano dignam instituit, magnam multitudinem utriusq; Sexus Infantium vel Parentibus Orbatorum, velita inopum, ut omni suorum auxilio privati, aut miseris pereundi necessitas imposuisset, aut per plateas discurrendo, vita et optima ætas mendicitate perdenda. Cumq; sæpius accidat, quod miseri Pueri Puellæq; de quorum legitimis natalibus non constat, recipiantur, ex hoc vero in Domum præfatam insignem gravemq; molestiam ac perpetuam curam et sollicitudinem redundare compertum est, præsertim quod Pueri, venientibus annis, ob deficiens de nativitate legitima Testimonium, inde ad honestum quod etiam officium exire nequeunt. Exinde igitur factum est, ut cum nunc Salutare hocce Institutum non nulli Consiliarii Latere Nostro assidentes Nobis commendassent, pro Nostra in miseros gratia dandum, hoc et Nostra misericordia, et consiliariorum Nostrorum Intercessioni, et supplicationi illorum, qui huic Domui præfecti sunt, existimavimus, ut omnia Jura, Ordinationes, Prærogativas Privilegia, exemptiones et libertates, quibus in præsenti Domus hæc gaudet, pro Nostra Regia Authoritate approbaremus, simulq; ut Publica hæc Domus das Spendhaus benignitatis etiam Nostræ habeat monumenta, eandem Specialibus libertatibus atq; Prærogativis exornaremus; ita videlicet, ut quilibet Infans utriusq; Sexus, qui in Domum hanc receptus, et in ea educatus fuit, sive de ejus legitimis natalibus constet sive non, eo ipso quod ibidem commoratus est, pro legitime et honeste nato ac ingenuo haberi, et quidem Puer a nomine in addiscendis tam liberalibus, quam Mechanicis Artibus sub præcerta dubiæ vel illegitimæ nativitatis, impediri, vel ab iisdem arceri debeat: ubi ergo pueritiam excesserit, enutriendus tradatur, qui in disciplinis a Magistris contuberniorum et artium suscipiendus sub mulcta ducentorum aureorum Hungaricalium. Nos enim ejusmodi omnes Pueros et Puellas, quia mq; in Domo præfata educati fuerint, dum fieri possit, ut ibidem et legitime nati ob ingenios etiam demortuos Parentes in probatione legitimæ nativitatis succumbant, ex benignitate et plenitudine Potestatis nostræ Regiæ, legitimos creamus, et honestos pronuntiamus esse, neq; aliter eos omnes ubiq; excipi et tractari, atq; intelligi a quopiam volumus, quamvis sint ex claris, notis, honestis et legitimis procreati Parentibus. Liceat porro Pueris ex disciplina dimissis artes et officia quæ didicerunt libere et sine ullo impedimento aut exprobratione in servitio apud Magistros tanquam Sodales constituti profiteri, et deinde ubi ipsi Magistri facti sunt eadem plane, ut reliqui ejusdem Artificii vel officii, Magistri exercere, Tyrones docere, Sodalesq; sibi adjungere et conducere, ita ut omnibus Juribus Prærogativis //

Immunitatibus, quibus legitimi gaudent, utantur, fruantur, quia et ad honores et officia tam Ecclesiastica quam saecularia obeundâ eos habiles et idoneos esse nonnunciamus. Audentes Paginam huius Indulti nostri infringere, aut praefatos Pueros et Puellas iniuria afficere mulctam ducentorum aureorum partim fisco, partim Domui, à dispensatione elemosynarum das Spenhaus dicta applicandam incurrent, non solvendi, poenam luerit Carceris. Ne ergo dictis Pueris Puellisve, vel circa officia iis Civium, vel contrahendum Matrimonium aliquid impedimento sit, muniendi erunt Testimonio à Nobili et spectabili Magistratu Gedanensi in hanc formam, quâ orphanis et Pupillis in Orphano trophio ibidem existentibus succurritur. In cuius rei fidem Privilegium hoc Manu nostra subscriptum, Sigillo Regni communiri iussimus. Datum Varsaviae die et Anno quibus supra.

Privilegium pro erigenda Typographia Generoso Laurentio Mizlero Sacrae Regiae Majestatis Consiliario Aulico et Medico Varsaviae die 9a Decembris 1754to Anno Datum.

Augustus Tertius &.

Significamus &. Quia Generosus Laurentius Mizlerus in Aula Nostra Consiliarius et Medicus, Philos: et Med: Doctor submissé a Nobis petiit, ut sub Nostro Privilegio Authoritate et Protectione Typographiam pro suo maxime usu aliorumq; erigere possit, eo gratius Regiam Nostram Gratiam ei facimus, quo magis iam pro incremento Literarum in Polonia laboravit. Cumq; gratum Nobis sit Nostro sub Regimine felici scientias artesq; liberales magis magisq; in Polonia excoli, non parum etiam ad scientiarum Incrementa Maiorum Typographiarum numerus conferat, dicto Generoso Laurentio Mizlero permittimus et concedimus, ut Nostra sub Authoritate et Protectione Typographiam pro suo aliorumq; usu erigere ac possidere possit, iubendo simul, ne ullum librum vel Scriptum in Typographiam suam imprimi curet, in quo vel contra Religionem Catholicam, vel Rempublicam Polonam, contrarium quid, vel maledictum sit, sub poena amissionis Privilegii et insuper arbitraria secundum Magnifici Regni Cancellarii Judicium, neq; quae ad Publica Regni negotia spectant, et Reipublicae nomine imprimuntur, in quam in sua Typographia, ut imprimantur, vel reimprimantur, audeat, quo Privilegio soli Reverendi Patres Scholarum Piarum gaudeant. Praeterea volumus ut Typographia Mizleriana nullo tempore, si illius fundator sine liberis moriatur, sive Caduco ad alienas veniat manus, sed ut Haeredes Ipsius ab intestato, vel vi Testamenti omnia eius Bona et Typographiam succedant, etiam si extra Regnum degant. In cuius fidem praesentes Manu nostra subscriptas, Sigillo Regni communiri iussimus. Datum ut Supra.

Rescriptum Sacrae Regiae Majestatis ad Generosos Supremos Consiliarios Ducatuum Curlandiae et Semigalliae Monitorium ne demandatam dislimitationem inter Bona Ducalia Fuhrs et Haereditaria Wendsau ulterius retardent. Varsaviae die et Anno expeditum.

Augustus Tertius &.

Generosis Consiliariis Ducatuum Curlandiae et Semigalliae fidelibus nobis Dilectis Gratiam Nostram Regiam. Generosi fideles nobis Dilecti. Accepimus ex Relatione certorum Consiliariorum nostrorum Lateri nostro assidentium ad Controversias ac differentias, quae iam plurimis ex Annis ratione finium et certarum Possessionum inter Bona

